Figura Sebæ aliena roſtro rotundiore, faſcia fuſca trans oculos, pollice poſtico unguiculato, quod non in noſtro. Ubera duo: mammis in ſingulis 2.

Opoſſum. 3. D. cauda ſemipiloſa, ſuperciliorum regione pallidiore, mammis binis.
Philander, Opoſſum ſ. Carigueja. *Seb. muſ.* 1. *p.* 56. *t.* 36. *f.* 1, 2.
Habitat in America.
Abdomen circa mammas contrahitur in marſupium; *pollices poſtici mutici.*

murina. 4. D. cauda ſemipiloſa, mammis ſenis. *Amœnit. acad. l.* 279.
Mus ſylveſtris americanus. *Seb. muſ.* 1. *p.* 48. *t.* 31. *f.* 12, 36.
Habitat in Aſia, America.
Ungues *digitis omnibus acuti, exceptis pollicibus poſticis.*

dorſigera. 5. D. cauda baſi piloſa corpore longiore, digitis manuum muticis. †
Mus ſylveſtris americana. *Seb. muſ.* 1. *p.* 49. *t.* 31. *f.* 5, 4. & 2. *p.* 90. *t.* 84. *f.* 4. *Merian. Jurin.*
Habitat in America.
Pullos in dorſo gerit caudis cirrhi inſtar convolutis.

V. GLIRES.

Dentes Primores bini ſupra & infra, a molaribus remoti.
Laniarii nulli.

22. RHINOCEROS. *Dentes Primores* II.
Cornu naſo inſidens.

unicornis. 1. R. cornu unico conico. *Syſt. nat.* 11. *n.* 1. Rhinoceros. *Jonſt. quadr.* 98. *t.* 38. *Bont. jav.* 50. *t.* 51. *Bergen. orat.* 1746. *t.* 1. *Geſn. quadr.* 842. *Aldr. biſulc.* 878.
Habitat in Africa, India, *cœno ſe volutans, victitans vepretibus.*
Statura prioris *fere Elephantis.*
Cornu *in roſtro, ſolidum, recurvum, perpetuum, conicum.*
Labium *ſuperius acuminatum aduncum.*
Oculi & Aures *parvæ.*
Cutis *nuda.* Rugæ *transverſales*: 1. Capitis *poſtica.* 2. Scapularis: 3. Abdominalis *ante femora.* 4. Femoralis *trans femora.* Ungulæ *tres.*
Cauda *attenuata pedibus brevior.*
Animal mite, ni laceſſetur, tum arbores fragore proſternit, cornu ejicit omnia.
Quantus erat cornu, cui pila Taurus erat. *Martialis.*

bicornis. 2. R. cornibus duobus cuneiformibus. *Syſt. nat.* 11. *n.* 2.
Habitat in ~~India~~ *Kolbius, Jacobæus, Schroeckius.*
Species obſcura, cranium tantum cum cornibus duobus compreſſis altero minori ſupra alterum nobis viſum.

23. HYSTRIX. *Dentes Primores* II oblique ſciſſi. (*Raj.*)
Molares octo.
Corpus ſpinis tectum.

criſtata. 1. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, capite criſtato, cauda abbreviata. *Syſt. nat.* 9. *n.* 1.

Hy-

Hyſtrix. *Geſn. quadr.* 563. *Aldrov. digit.* 471. *Jonſt. quadr.* 119. *t.* 68. *Dodart. act.* 233. *Raj. quadr.* 206.
Hyſtrix orientalis criſtata. *Seb. muſ.* 1. *p* 79. *t.* 50. *f.* 1.
Habitat in Aſia. *Piggſwin Porc Epic.*

prehenſilis. 2. H. pedibus tetradactylis, cauda elongata prehenſili ſeminuda. *Syſt. nat.* 9. *n.* 2.
Hyſtrix. *Bont. jav.* 54.
Cuandu braſilienſibus. *Marcgr. braſ.* 233. *Piſ. amer.* 99. *Raj. quadr.* 208. *Le Coendu Buffon*
Hoitztlacuatzin. *Hern. mex.* 322.
Habitat in Aſia, America *meridionali.* *et jam in Louisiana minime & Canada australiori*

dorſata. 3. H. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, cauda elongata, dorſo ſolo ſpinoſo.
Hyſtrix canadenſis. *Edw. av.* 52. *t.* 52.
Habitat in Canada. *Litterson Buffon.*
Corpus ferrugineum, Cauda apice ſubtus alba.

macroura. 4. H. pedibus pentadactylis, cauda elongata: aculeis clavatis. *Syſt. nat.* 9. *n.* 3.
Porcus aculeatus ſ. Hyſtrix orientalis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 84. *t.* 52. *f.* 1.
Habitat in Aſia.

brachyura. 5. H. pedibus pentadactylis, cauda abbreviata. *Syſt. nat.* 9. *n.* 4.
Porcus aculeatus ſ. Hyſtrix malaccenſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 81. *t.* 51. *f.* 1.
Habitat in Aſia.

24. LEPUS. *Dentes Primores* II: ſuperiores duplicati: interioribus minoribus.

timidus. 1. L. cauda abbreviata, auribus apice nigris. *Syſt. nat.* 9. *n.* 2. *Faun. ſuec.* 19.
Lepus. *Geſn. quadr.* 69. *Aldr. dig.* 247. *Jonſt. quadr. t.* 65. *Raj. quadr.* 204.
Habitat in Europa.
Hyeme in frigidis niveus, exceptis auribus nigris. Cauda *etiam æſtate alba.* Aures *longæ.* Oculi *exſtantes membrana nictitante, ſomno aperti.* Femora *poſtica craſſa* Pedibus *lanatis* 5-4, *& dorſum conſtituunt*

Lepus cornutus, *ſi non hybridus, certe fabuloſus ſit.*

præstantissimam partem. Nares *humidi*, *motitantes. Inermis cursu valet*, *timidus*, *currit gyros sensim breviores*, *retro deviat exsiliendo*; *a Canibus*, *Felibus*, *Accipitribus*, *Noctuis venatur*; *cavitas utrinque e regione pubis*; *mordet truncum transcendendum*; *delectatur tympano*; *cervice fragili*; *immensus parturitione*; *urina fœtida non in cubile*; *pulicibus obnoxius.*

Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obs.* 251. & *a.* 3. *obs.* 93. & *d.* 3. *a.* 5. *obs.* 225. *Barth. act.* 1671. *n.* 136.

Cuniculus. 2. L. cauda abbreviata, auriculis nudatis. *Syst. nat.* 9. *n.* 3. *Faun. suec.* 20.
Cuniculus. *Gesn. quadr.* 72. *Aldr. digit.* 382. *Jonst. quadr. t.* 65. *Raj. quadr.* 205.
Habitat in Europa *australi*, *antra fodiens in arenosis. Hostes ipsi Falcones*, *Meles*, *Putorius. Species facilius dignoscitur*, *quam differentia specifica determinatur.* Kanin.
Anatome. *Parv. obs.* 10.

capensis. 3. L. cauda longitudine capitis, pedibus rubris.
Habitat ad Cap. b. Spei. *Sodiens. J. Burmannus.*

brasilien-sis. 4. L. cauda nulla. *Syst. nat.* 9. *n.* 1.
Cuniculus brasiliensis Tapeti. *Marcgr. bras.* 223. *Raj. quadr.* 205. *Der Kalmü pag: 236.*
Habitat in America *meridionali.*

25. CASTOR. *Dentes Primores* Superiores truncati, angulo transverso excavati; inferiores apice transversi.
Cauda depressa.

Fiber. 1. C. cauda ovata plana. *Faun. svec.* 23. *Syst. nat.* 10. *n.* 1.
Castor. *Gesn. pisc.* 185. *Rond. pisc.* 236. *Jonst. pisc. t.* 68. *Dodart. act.* 131. *Raj. quadr.* 209. *Aldr. quadr.* 706.
Fiber. *Bellon. aqv.* 30. *Bäfwer*
Habitat in Europæ, Asiæ, Americæ *borealibus ad ripas fluviorum lacuumque*, *victitans corticibus imprimis Populi tremulæ*; *Domos mire exstruit.*

Oecb-

Oeconomia animalis data a D. Giſlero, *act. Stockh.* 1756. *p.* 207.
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 251.

moſcha- 2. C. cauda longa lanceolata plana. *Faun. ſuec.* 24. *Syſt.*
tus. *nat.* 10. *n.* 2.
Mus aquaticus exoticus. *Cluſ. exot.* 375. *Worm. muſ.* ... *Raj. quadr.* 217.
Habitat in Ruſſiæ *aquoſis*, America. *Doſſman.*
Pedes *poſtici*, *ut in antecedente palmati*; *victitat Acoro.*

26. MUS. *Dentes Primores* inferiores ſubulati.

Porcel- 1. M. cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridacty-
lus. lis. *It. Wgoth.* 224. *Syſt. nat.* 10. *n.* 1.

leporinus.

Lemmus.

Lämmel ſörre mures med kort eller aldeles utan ſvans, till och med N:o 6 åro Caviæ recentiorum, dera långſtere nu åro kände, ſåſom Agouti ifrån Södra America, Paca, Ene Damans, Daman d'Iſrael ifrån Paleſtina, Arabiſka och Abyſſiniſka Berg-tragtern, Daman du Cap ifrån Södra Africa. Den förſta Daman aldeles utan klor, den ſiſta en klo på hwardera bakfoten af ſärdeles conſtruction.

Faun. ſuec. 26. *Act. Stockh.* 1740. *p.* ...
Syſt nat. 10. *n.* 2.
Mus montanus. *Scheff. lapp.* 346.
Lemming. *Olear. muſ.* 21. *t.* 12. *f.* 6.

Lem-

Oeconomia animalis data a D. Giſtero, act. Stockh. 1756. *p.* 207.
Anatome. *E. N. C. d.* 1. *a.* 2. *obſ.* 251.

moſcha- 2. C. cauda longa lanceolata plana. *Faun. ſuec.* 24. *Syſt.*
tus. *nat.* 10. *n.* 2.
Mus aquaticus exoticus. *Cluſ. exot.* 375. *Worm. muſ.* ... *Raj. quadr.* 217.
Habitat in Ruſſiæ *aquoſis*, America. *Pennant.*
Pedes *poſtici, ut in antecedente palmati; victitat Acoro.*

26. MUS. *Dentes Primores* inferiores ſubulati.

Porcel- 1. M. cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridactylis. *It. Wgoth.* 224. *Syſt. nat.* 10. *n.* 1.
lus. Cuniculus indicus. *Geſn. quadr.* 367. *Aldr. digit.* 391. 393.
Porcellus indicus ſ. Cuniculus indicus. *Jonſt. quadr.* 161. *t.* 63. *f.* 6.
Mus ſ. Cuniculus americanus guineenſis porcelli pilis & voce. *Raj. quadr.* 223.
Cavia Cambaya. *Marcgr. braſ.* 224. *Piſ. braſ.* 102.
Habitat in Braſilia. *Marſwin*
Hiſtoria hujus habetur in Diſſertatione de Mure indico.
Conf. Capybara. *Marcgr. braſ.* 230. *huic affinis, ſed major, coloris ignoti.*
Pipientes, loquaces, inquieti, ſequaces, calcitrantes, attenti, comantes, maſticantes, edunt vegetabilia variata; potant lympham puram, calorem amant; ſemina mammis duabus, parit pullos perfectiſſimos, mox coit; mas bombylans juniores maſculos mordet paraplecticos. Color varius etjam ſpontaneis.

lepori- 2. M. cauda abbreviata, palmis tetradactylis, plantis tri-
nus. dactylis.
Lepus javenſis. *Catesb. carol.* 3. *p.* 18. *t.* 18.
Habitat in Java, Sumatra.
Aures *ſubrotundae*, Color *rufus*, abdomine *albo.*

Lem- 3. M. cauda abbreviata, pedibus pentadactylis.
mus. Mus cauda abrupta, corpore fulvo nigroque vario. *Faun. ſuec.* 26. *Act. Stockh.* 1740. *p.* 326. *t.* 6. *f.* 45. *Syſt. nat.* 10. *n.* 2.
Mus montanus. *Scheff. lapp.* 346.
Lemming. *Olear. muſ.* 21. *t.* 12. *f.* 6.

Lem-

Lemmus. *Ol. Magn. ſept.* 18: 20.
Mus norvagicus. *Worm. muſ.* 322. *t.* 325. *monogr.* 6. *Raj. quadr.* 227.
Habitat in alpibus Lapponicis. Lemmel
Gregatim fugiunt quibusdam annis ex alpibus, recta via iter inſtituentes; edunt Lichenem rangiferinum, amenta Betulæ nanæ, non carnes.
Wormii Hiſtoria Muris norvagici. Haffn. 1653 *quart. hunc ſiſtit.*
Anatome. *Barth. cent.* 2. *p.* 301.

Marmota. 4. M. cauda abbreviata ſubnuda, auriculis rotundatis, buccis gibbis.
Mus cauda elongata nuda, corpore rufo. *Syſt. nat.* 10. *n.* 11.
Mus montanus. *Matth. dioſc.* 2. *c.* 63.
Mus alpinus. *Raj. quadr.* 221. *Wagn. helv.* 179. *Dodant. mem.* 3. *p.* 31. *t.* 31. *Geſn. quadr.* 743. *Aldr. quadr.* 445.
Habitat in alpibus Helveticis, Tridentinis.
Dentes *primores inferiores apice divergentes.*
Myſtaces *utrinque ſerie ſextuplici.* Aures *parvæ, veſtitæ.* Bucca *utrinque: admodum gibba.* Cauda *palmaris, nigra.* Verruca *ſupra oculos ſetis* 6; *ſub oculis ſetis* 7. Dorſum *cinereum.* Inguina & *pedes cinereo flaveſcentia.* Sutura *a gula ad anum.* Pedes 4-5. *H. Z. Hallman.*
Profunde & celerrime fodit; hybernat alto ſomno, manibus cibum ori admovet, ſæpe erecta incedit; facilius in planitie, quam ſub terra aſſequitur.

Monax. 5. M. cauda mediocri piloſa, corpore griſeo, auriculis ſubrotundis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Monax ſ. Marmota americana. *Edv. av.* 104. *t.* 104.
Habitat in America *ſeptentrionali.*
Auriculæ ſubrotundæ.

Cricetus. 6. M. cauda ſubabbreviata, auriculis rotundatis, corpore ſubtus nigro, lateribus rufeſcentibus.
Mus cauda elongata, corpore cinereo rutilo nigroque longitudinaliter vario. *Syſt. nat.* 10. *n.* 10.
Cricetus. *Raj. quadr.* 221. *E. N. C. d.* 2. *a.* 5. *obſ.* 186. *Geſn. quadr.* 738.
Hamſter. *Meijer. thier.* (*Norib.* 1748. *fol.*) *t.* 81. 82.
Habitat in Germania.

Nume-

Numerus digitorum pedum in hac & antecedente nobis ignotus. Cuniculo minor, cauda pedibus fere brevior. Bucca utrinque saccata.

Cavernas fodit sub terra plurimis concamerationibus, duplici foramine: altero obliquo aditu, altero perpendiculari specula. Colligit Frumentum, Pisa, Fabas, fructus, in distinctis cameris servanda, adportat ea in bucca; parit bis in anno sex pullos, itidem in propria camera servandos, uti etiam sterquilinium in distincta.

Venatur ob carnes, pelles, frumentum collectum; occiditur pulvere Veratri, farina & melle in panes coctis.

Citillus *auctorum, si ab hoc diversus, probe observandus.*

terrestris. 7. M. cauda mediocri subpilosa, palmis subtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere brevioribus.

Mus cauda longissima pilosa, auribus subrotundis vellere brevioribus. *Fn. suec.* 29. *Syst. nat.* 10. *n.* 5.

Mus agrestis, capite grandi, brachiuros. *Raj. quadr.* 218.

Habitat in Europæ *terra & aqua.* Sorck

Corpus fuscum subtus pallidum, at non albicans. Caput crassius, ore gibbo. Cauda magis pilosa, quam in Ratto, sed corpore dimidio brevior, a pedibus fere longior.

Hortos Talpæ instar misere effodit palmis licet parvis; natat in fossis & urinatur plantis licet fissis; Radices arborum decorticat, plantarum consumit s. aufert; Pullos anatum in piscinis occidit.

amphibius. 8. M. cauda elongata pilosa, plantis palmatis. †

Mus major aquaticus s. Rattus aquaticus. *Raj. quadr.* 217.

Mus aquaticus. *Bell. aquat.* 35. *t.* 36.

Habitat in Europæ, Africæ *fossis, ripis, piscinis, hortis.*

Species mihi non rite cognita.

Fodit ad fossas & radices arborum, natat, urinatur, consumit radices, Hortis & satis infestus, capitur Nassis e virgulis confectis sub aqua demersis.

Rattus. 9. M. cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis cum unguiculo pollicari, plantis pentadactylis.

Mus

Mus Quercinus formodeligen Le Loir hos Buffon, finns i Södra Europæ skogar, mäst så stor som Ikorn och Swansen nästan så ludew, sofwer om wintern och är då mycket fet, jagas och ätes. De Romare gådde dem uti inrättade hus Gliriaria.

Buffons Lerot liknar dessa men är mindre, håller till i Trägårdar och odlade ställen i Södrare delen af Europa, lärer wara Auctorernes Mus Avellanarius major.

Le Mulot Buffon.

do. *Faun. suec.* 30. *Syst nat.* 10. *n.* 7.
Mus domesticus medius. *Raj. quadr.* 218.
Habitat in Hortis & sylvis Europæ *Skogsblaka.*
Asseres durissimas, sæpe uno die perforat.

striatus. 13. M. cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corporis striis punctatis
Mus cauda longa, striis corporis longitudinalibus & punctis albis. *Mus. Ad. Fr.* 10.*
Mus orientalis. *Seb. mus.* 2. *p.* 22. *t.* 21. *f.* 2.
Habitat in India.

longipes. 14. M. cauda elongata vestita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longissimis.

Mus

Jaculus.

3:e Species Jerbua äro redan kände

1:sta Mus Jaculus Linnæi, stor som en skogsblanka.

2:dra Från Södra Africa, stor som en Canin, med långa och Ganska tunna bakfötter.

3:dje Från Nya Holland, stor som ett får, se Cooks 1:sta resa. Jerbuae hafwa stora äfne öfwer Ganska långa bak- men korta framfötter.

movet.

volans. 16. M. cauda elongata villosa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, lateribus extensis volitans.
Sciurus americanus volans. *Raj. quadr.* 215. *Seb. mus.* 1. *p.* 72. *t.* 44. *f.* 3. *Edw. av.* 191. *t.* 191.
Habitat in Virginia, Mexico.
Cutis *ab auribus ad brachia & femora & caudam extensa margine plicato nigro.*

27. SCIURUS. *Dentes Primores* II: Superiores cuneati; Inferiores compressi.

vulgaris. 1. S. auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Sciurus palmis solis saliens. *Faun. suec.* 21. *Syst. nat.* 9. *n.* 1.
Sciurus. *Gesn. quadr.* 13. *Aldr. quadr.* 398. *Jonst. quadr. t.* 66.
Sciurus vulgaris. *Raj. quadr.* 214.
Habitat in Europæ *arboribus.*
Æstate ruber abdomine albo, hyeme cinereus. Victitat nucibus, strobilis &c. sedens. Superfluum cibum defodit; Cortice interdum navigat. Nidus globosus e muscis.
Anatome. *E. N. C. cent.* 10. *app.* 449.

2. S.

Mus cauda elongata ſubnuda, corpore fuſco cineraſcente.
Faun. ſuec. 28. *Syſt. nat.* 10. *n.* 6.
Mus domeſticus major. *Geſn. quadr.* 109. *Aldr. quadr.* 417. *Raj. quadr.* 217.
Glis. *Jonſt. quadr. f.* 66.
Habitat in domibus Europæ.
Cautum animal, utenſilibus infeſtum.
Glirem *veterum me ignorare agnoſco, niſi ſit Marmota aut Cricetus.*

Muſculus. 10. M. cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Mus cauda nudiuſcula, corpore cinereo-fuſco, abdomine ſubalbeſcente. *Faun. ſuec.* 31 *Syſt. nat. n.* 8.
Mus. *Geſn. quadr.* 714. *Aldr. quadr.* 417. *Jonſt. quadr. t.* 66.
Mus domeſticus vulgaris ſ. minor. *Raj. quadr.* 218.
Habitat in domibus.
Unguis pollicaris palmarum nullus, quo a Ratto differt.
Delectatur muſica; non facile incarceratur; polyphagus.

avellanarius. 11. M. cauda elongata piloſa, corpore ruſo, gula albicante.
Faun. ſuec. 32.
Mus avellanarum minor. *Raj. quadr.* 220. *Aldr. digit.* 440.
Habitat in Europæ *ſylvis.*
Colligit nuces, glandes; ſuperfluas defodit.

ſylvaticus. 12. M. cauda longa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido. *Faun. ſuec.* 30. *Syſt nat.* 10. *n.* 7.
Mus domeſticus medius. *Raj. quadr.* 218.
Habitat in Hortis & ſylvis Europæ.
Aſſeres duriſſimas, ſæpe uno die perforat.

ſtriatus. 13. M. cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corporis ſtriis punctatis
Mus cauda longa, ſtriis corporis longitudinalibus & punctis albis. *Muſ. Ad. Fr.* 10.*
Mus orientalis. *Seb. muſ.* 2. *p.* 22. *t.* 21. *f.* 2.
Habitat in India.

longipes. 14. M. cauda elongata veſtita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longiſſimis.

Mus

Mus cauda longa veſtita, pedibus poſticis longitudine corporis flavi. *Muſ. Ad. Fr.* 9.*
Habitat in torridis regionibus.

Jaculus. 15. M. cauda elongata floccoſa, palmis pentadactylis, plantis tridactylis, femoribus longiſſimis, bractiis breviſſimis.
Mus *jaculus* pedibus poſticis longiſſimis, cauda extremo villoſa. *Haſſelq. itin.* 198. *act. Stock.* 1752. *p.* 123. *t.* 4. *f.* 1.
Mus ægyptius. *Haſſelq. act. Upſ.* 1750. *p.* 17.
Cuniculus minor caudatus dauricus. *Muſ. Petrop.* 1. *p.* 344. *n.* 123.
Cuniculus ſ. Lepus indicus Utias dictus. *Aldr. quadr.* 395. *fig. bon.*
Lepus cauda elongata. *Syſt. nat.* 9. *n.* 4.
Habitat in Arabia, Calmukia.
Plantis tantum incedit, & quieſcit; palmis cibum ori admovet.

volans. 16. M. cauda elongata villoſa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, lateribus extenſis volitans.
Sciurus americanus volans. *Raj. quadr.* 215. *Seb. muſ.* 1. *p.* 72. *t.* 44. *f.* 3. *Edw. av.* 191. *t.* 191.
Habitat in Virginia, Mexico.
Cutis *ab auribus ad brachia & femora & caudam extenſa margine plicato nigro.*

27. SCIURUS. *Dentes Primores* II: Superiores cuneati; Inferiores compreſſi.

vulgaris. 1. S. auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.
Sciurus palmis ſolis ſaliens. *Faun. ſuec.* 21. *Syſt. nat.* 9. *n.* 1.
Sciurus. *Geſn. quadr.* 13. *Aldr. quadr.* 398. *Jonſt. quadr. t.* 66.
Sciurus vulgaris. *Raj. quadr.* 214.
Habitat in Europæ *arboribus.*
Æſtate ruber abdomine albo, hyeme cinereus. Victitat nucibus, ſtrobilis &c. ſedens. Superfluum cibum defodit; Cortice interdum navigat. Nidus globoſus e muſcis.
Anatome. *E. N. C. cent.* 10. *app.* 449.

2. S.

niger. 2. S. niger. *Catesb. carol.* 2. *p.* 73. *t.* 73.
Habitat in America *ſeptentrionali.*

cinereus. 3. S. virginianus cinereus major. *Raj. quadr.* 215. *Catesb. car.* 2. *p.* 74. 174. *Kalm. itin.* 2. *p.* 409.
Habitat in America *ſeptentrionali.*
Magnitudo tripla aut quadrupla Sc. vulgaris.

Le Petit Gris Buffon

flavus. 4. S. auriculis ſubrotundis, pedibus pentadactyliis.
Sciurus cauda tereti, pilis brevibus, auriculis ſubrotundis. *Amœn. acad.* 1. *p.* 281.
Habitat in America.
Magnitudine dimidio minor Sc. vulgari, luteus, apicibus pilorum albis. Pollex anticus ſolo fere ungue conſtat.

getulus. 5. S. fuſcus, ſtriis quatuor albidis longitudinalibus.
Sciurus getulus. *Raj. quadr.* 216. *Edw. av.* 198. *t.* 198. *Seb. muſ.* 1. *p.* 76. *t.* 47. *f.* 3.
Habitat in Africa.

ſtriatus. 6. S. flavus ſtriis quatuor fuſcis longitudinalibus. *Muſ. Ad. Fr.* 8.*
Sciurus ſtriatus. *Cateſb. car.* 2. *p.* 75. *t.* 75. *Edw. av.* 181. *t.* 181.
Rœſſelvisſla. *Kalm. itin.* 2. *p.* 419.
Habitat in America *ſeptentrionali ſub terra.*
Magnitudine Muris muſculi vel paulo major. Palmæ *tetradactylæ*, plantæ *pentadactylæ.*

volans. 7. S. hypochondriis prolixis volitans. *Faun. ſuec.* 22. *Syſt. nat.* 9.
Sciurus volans. *Seb. muſ.* 1. *p.* 67. *t.* 41. *f.* 3. *Catesb. car.* 2. *p.* 76. & 77. *Edw. av.* 191. *t.* 191.
Mus ponticus ſ. ſcythicus. *Geſn. quadr.* 743.
Quadrupes volatile ruſſiæ. *Act. petr.* 5. *p.* 218.
Habitat in borealibus Europæ, Aſiæ, Americæ.
Extenſa cute inter brachia & femora volitat.

VI. PE-

VI. PECORA.

Dentes Primores ſuperiores nulli.
Inferiores VI *aut* VIII, *a molaribus remotiſſimi.*
Pedes ungulati.
Mammæ inguinales.

28. CAMELUS. *Cornua* nulla.
Dentes Primores inferiores VI, ſpathiformes.
Laniarii diſtantes: ſuperiores III, inferiores II.
Labium ſuperius fiſſum.

Dromedarius. 1. C. topho dorſi unico. *Syſt. nat.* 13. *n.* 1.
Camelus unico in dorſo gibbo. *Raj. quadr.* 143.
Camelus. *Jonſt. quadr. t.* 41. *Geſn. quadr.* 159. *Aldr. biſ.* 908. *Kamel.*
Habitat in Africæ *deſertis arenoſis ſiticuloſis.*
Callos in pedibus anterioribus 4, *in poſterioribus* 2, *in ſterno* 1. *gerit. Ventriculus ſecundus celluloſus pro aqua pura diutius aſſervanda per ſiticuloſa deſerta. Onera portat, lente feſtinat, laſſus jacet ſuper pectus.*

Bactrianus. 2. C. tophis dorſi duobus. *Syſt. nat.* 13. *n.* 2.
Dromedarius. *Jonſt. quadr.* 1. 44. *f.* 1.
Camelus. *Geſn. quadr.* 151. *Aldr. biſ.* 907.
Habitat in Africa.
Curſu antecedente celerior, pro magnatibus, rarior.

Glama. 3. C. dorſo lævi, topho pectorali. *Syſt. nat.* 13. *n.* 3.
Camelus peruvianus Glama dictus. *Raj. quadr.* 145.
Pelon ichiatloquitli. *Hern. mex.* 660.
Habitat in America *meridionali. Frigoris impatiens.*
Cicuratur, onera portat, fatigata ſuccumbit, compreſſis teſticulis obſtinax compellitur; vomitu hoſtem pellit, ſæpe Catocho obnoxia.

Pacos. 4. C. tophis nullis, corpore lanato. *Syſt. nat.* 13. *n.* 4. Camelus peruvianus laniger Pacos dictus. *Raj. quadr.* 147.
Habitat in America *meridionali.*
Totus ſanguineus, ſubtus albus; Pedes *didactyli. Priori minor, magis lanatus, nec oneribus portandis par.*

29. MOSCHUS. *Cornua* nulla. *Dentes Laniarii* ſuperiores ſolitarii exſerti.

moſchiferus. 1. Moſchus. *Syſt. nat.* 13. Norra Americas Muſkoxe
Animal moſchiferum. *Raj. quadr.* 127. annat Djur
Capreolus moſchi. *Geſn. quadr.* 695. Je Hearnes Reſa
Capra moſchus. *Aldr. biſulc.* 743. *Jonſt. quadr.* 55. *t.* 39.
Moſchus. *Schröck. monogr. t.* 44.
Habitat in Tataria *verſus Chinam.*
Moſchus ſubſtantia unctuoſa ambroſiaca e folliculo prope umbilicum.
Schröcki Hiſtoria Moſchi. *Wien.* 1682. *quart.*

30. CERVUS. *Cornua* ſolida, tenera corio hirto tecta apiceque creſcentia, denudata, annua. *Dentes Primores* inferiores VIII. *Laniarii* nulli (interdum ſolitarii ſuperius).

Camelopardalis. 1. C. cornibus ſimpliciſſimis, pedibus anticis longiſſimis. *Syſt. nat.* 13. *n.* 1. Proprii Generis, nec Cervis associandum
Camelo-pardalis. *Bellon. itin.* 119. *Raj. quadr.* 90. *Haſſelqv. act. Upſ.* 1750. *p.* 15. *itin.* 203.
Habitat in Æthiopia & Sennar.
Pronus *cubat more Cameli*; *Gramen depaſcitur divaricatis pedibus anticis, ſed arborum imprimis veſcitur foliis.*

rectius dentatis

Alces. 2. C. cornibus acaulibus palmatis, caruncula gutturali. *Syſt. nat.* 13. *n.* 2. *Fn. ſuec.* 37.

Alce. *Gesn. quadr.* 1, 3, 4. *Aldr. bisulc.* 876. *Jonst. quadr. t.* 30. *Boxan. mus. t.* 295. *Olear. mus. t.* 9. *f.* 2. *Raj. quadr.* 39.
Habitat in borealibus Europæ, Asiæque *Populetis.* Alg
Ungula ferit; 50 milliaria de die percurrit; corium globum plumbeum fere eludit.

Elaphus. 3. C. cornibus ramosis teretibus incurvis. *Faun. suec.* 38. *Syst. nat.* 13. *n.* 3.
Cervus. *Gesn. quadr.* 1, 3, 4. *Aldr. bisulc.* 774. *Jonst. quadr. t.* 31. *Raj. quadr.* 84.
Habitat in Europa, Asia. Hiort
Ætas Bovis tantum; fabula est longævitatis cervi. Cystide fellea caret Cervi genus.
Anatome. *E. N. C. cent.* 10. *app.* 448.

Tarandus. 4. C. cornibus ramosis teretibus: summitatibus palmatis. *Faun. suec.* 39. *Syst. nat.* 13. *n.* 4.
Rangifer. *Gesn. quadr.* 141. *Olear. mus.* 16. *t.* 10. *f.* 3. *Raj. quadr.* 88.
Tarandus. *Aldr. bisulc.* 859. *t.* 861.
Rheno. *Amœn. acad.* 4. *p.* Rhen
Habitat in Alpibus Europæ & Asiæ *maxime septentrionalibus*†, *victitat Lichene rangiferino.*
Uterque sexus cornutus est ut in Camelopardale, ramo infimo etjam palmato; castratus quotannis cornua deponit. Vellus densissimum. Pulices, Oestra, Tabani ad alpes cogunt, crepitantibus ungulis. Pecora Lapponum caseosa. Ætas XVI annorum. † *& per totam Americam maxime Borealem copiose*
Anatome. *Barth. act.* 1671. *n.* 135.

Dama. 5. C. cornibus ramosis compressis: summitatibus palmatis. *Faun. suec.* 40. *Syst. nat.* 13. *n.* 5.
Dama. *Bell. itin.* 57. *Gesn. quadr.* 84. *Aldr. bisulc.* 741. *Jonst. quadr.* 82.
Cervus platyceros. *Raj. quadr.* 85.
Habitat in Europa. Dof
Arcetur filo horizontali.

Bezoarticus. 6. C. cornibus ramosis teretibus erectis: ramis tribus. †
Mazama. *Hern. mex.* 324.
Caguacu-&c. *Marcgr. Braf.* 235. *Pis. braf.* 98. *Raj. quadr.* 90.
Habitat in America *australi.*

Capreolus. 7. C. cornibus ramosis teretibus erectis: summitate bifida. *Faun. suec.* 41. *Syst. nat.* 13. *n.* 6.
Capra, Capreolus, Dorcas. *Gesn. quadr.* 64. *Jonst. quadr.* 33. *t.* 33.
Caprea plinii, Capreolus. *Aldr. bisulc.* 738. *Raj. quadr.* 89.
Habitat in Europa, Asia.

guineensis. 8. C. griseus subtus nigricans. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 12.
Habitat in Guinea.
Cornua non vidi, tamen hujus generis.

31. CAPRA. *Cornua* concava, sursum versa, erecta, scabra.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Hircus. 1. C. cornibus carinatis arcuatis. *Faun. suec.* 42.
Capra. *Gesn. quadr.* 242. *Aldr. bisulc.* 635. *Jonst. quadr.* 47. *Raj. quadr.* 77.
β. Capra angolensis. *Hasselq. iter.* 206.
Habitat in montosis, victitans ex ramulis variis frondibusque arborum, Lichenibus.
Pecus barbatum infidum, saliens, salax, hircum olens, decorticans; corio tenaci indutum, lana caprina tectum, arunco barbatum, bellicosum, caseosum; Pedum castratio singularis. Edit etiam Cicutam.
C. Angolensis *Lana ad pedes usque dependet nivea, sericum provocante camelina dicta.*

Ibex. 2. C. cornibus nodosis in dorsum reclinatis. *Syst. nat.* 14 *n.* 6.
Ibex. *Olear. mus. t.* 10. *f.* 1. *Raj. quadr.* 79. *Wagn. helv.* 176 *Le Bouquetin Buffon*
Habitat in Wallesiæ *præruptis inaccessis.*
Cornibus vastis reclinatis, corpore fulvo, arunco nigro.

Rupicapra. 3. C. cornibus erectis uncinatis. *Syst. nat.* 14. *n.* 5.
Rupicapra. *Bell. itin.* 126. *Olear. mus. t.* 9. *f.* 3. *Gesn. quadr.* 140. *Aldr. bisulc.* 727. *Dodart. act.* 225. *Scheuch. alp.* 155. *Wagn. helv.* 183. *Klenget*
Habitat in alpibus Helveticis *summis inaccessis.*
Ruffo-fusca, sed alba fronte, vertice, gula, auribus intus.
Le Chamois Buffon

4. C.

depreſſa. 4. C. cornibus depreſſis incurvis minimis cranio incumbentibus. *Syſt. nat.* 14. *n.* 2.
Habitat in America.
Magnitudo *hædi Hirci.* Pili *longi*, *penduli.* Cornua *lunata*, *craſſa*, *vix digitum longa*, *cranio adpreſſa ut fere cutem perforent.*

reverſa. 5. C. cornibus erectis apice recurvis. *Syſt. nat.* 14. *n.* 3.
Habitat in America.
Magnitudo *hædi Hirci unius anni.* Pili *breves*, *cervini.* Cornua *vix digitum longa*, *antrorſum recurvata apice. Hæc cum præcedenti coibat & pullum non diu ſuperſtitem in vivario Cliffortiano producebat. Facies utriusque adeo aliena, ut vix ſpeciem eandem,*

pygmea.

Le Guib wacker Gazell, från warmaste Afrika, Brandgul med hwita ränder och hwit under halsen, 2 ¼ aln lång 1 ⅝ aln hög, af Adanſon beskrifwen.
Gazellerne äro många slag och kan hända de mäſta ännu okände.

Gazella.

Cervicapra.

Antiloper torde så räknas Bubalis eller Hartebeesten, Capske Eland, Coëdous, Condoma och Kanske Le Vaillant omnejden liſte, med ſitt Oxlika hufwud och horn är ej ett Genus.

Dorcas.

depreſſa. 4. C. cornibus depreſſis incurvis minimis cranio incumbentibus. *Syſt. nat.* 14. *n.* 2.
Habitat in America.
Magnitudo *hædi Hirci.* Pili *longi*, *penduli.* Cornua *lunata*, *craſſa*, *vix digitum longa*, *cranio adpreſſa ut fere cutem perforent.*

reverſa. 5. C. cornibus erectis apice recurvis. *Syſt. nat.* 14. *n.* 3.
Habitat in America.
Magnitudo *hædi Hirci unius anni.* Pili *breves*, *cervini.* Cornua *vix digitum longa*, *antrorſum recurvata apice. Hæc cum præcedenti coibat & pullum non diu ſuperſtitem in vivario Cliffortiano producebat. Facies utriusque adeo aliena, ut vix ſpeciem eandem, at diverſiſſimam argueret.*

pygmea. 6. C. cornibus teretibus conicis obtuſis curvis: latere incurvato rugoſo.
Capra pedibus digito humano anguſtioribus. *Syſt. nat.* 14. *n.* 4.
Cervus puſillus guineenſis. *Seb. muſ.* 1. *p.* 10. *t.* 43. *f.* 3.
Habitat in Guinea, India.

Gazella. 7. C. cornibus teretibus rectiſſimis longiſſimis: baſi annulatis. *Syſt. nat.* 14. *n.* 8.
Gazella indica, cornibus rectis longiſſimis nigris prope caput tantum annulatis. *Raj. quadr.* 79.
Habitat in India.

Cervicapra. 8. C. cornibus teretibus dimidiato-annulatis contortis. *Syſt. nat.* 14. *n.* 7.
Gazella africana. *Raj. quadr.* 79.
Capri-Cerva. *Kæmph. amœn.* 398. *t.* 407. *f.* 1.
Habitat in India, Aſia.
Color Capreoli, *ventre albo*, *Cauda nigra.*
Bezoar orientale ſæpe in hujus quarto ventriculo.

Dorcas. 9. C. cornibus teretibus perfecte annulatis contortis. *Syſt. nat.* 14 *n.* 9.
Gazella africana, cornibus brevibus ab imo ad ſummum fere annulatis, circa medium inflexis. *Raj. quadr.* 80.
Habitat in Africa. Le Bubale Buffon
Hartebeeſt Vulgo

10. C. Cervi Antilope Pygmæa
Antilope Bubalo

grimmia. 10. C. capite faſciculo tophoſo, cavitate infra oculos. *Syſt. nat.* 14. *n.* 10.
Capra ſylveſtris africana grimmii. *Raj. quadr.* 80.
Habitat in Africa.

mambrica. 11. C. auribus pendulis longiſſimis. *Syſt. nat.* 14.
Capra mambrica ſ. ſyriaca. *Geſn. quadr.* 153. *Raj. quadr.* 85. *Alp. ægypt.* 229.
Habitat in India.

Ammon. 12. C. cornibus arcuatis, collo ſubtus barbato, cauda nigra. †
Tragelaphus & Muſimon. *Geſn. quadr.* 155.
Habitat in Sibiria. *Gmelin. etiam in Sardinia & Corſica*
Medium quaſi inter Capras & Oves.
Animalis hujus hiſtoria deſideratur. vide Gmelin Argali & Mouflon Buffon.

32. OVIS. *Cornua* concava, retrorſum verſa, intorta, rugoſa.
Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Aries. 1. O. cornibus compreſſis lunatis. *Faun. ſuec.* 43. *Syſt. nat.* 15. *n.* 1.
Ovis. *Geſn. quadr.* 138. *Aldr. biſulc.* 370. *Jonſt. quadr. t.* 22. *f.* 1. 2. 3. *Raj. quadr.* 73.

ruſtica. *c. cornuta.*
anglica. *B. mutica, cauda ſcrotoque ad genua pendulis.*
hiſpanica. *γ. cornuta cornuum ſpira extrorſum tracta.*
polycerat. *δ.* Polycerata e *gotlandia* 248. *Aldr. biſulc.* 397.
africana. *ε.* africana. *Raj.* 75. *pro lana pilis brevibus hirta.*
laticaudata. *ζ. platyura arabica.*
Habitat in ſiccis apricis calidis.
Ovis cum Ariete Vervece Agnoque edit imprimis Feſtucam ovinam, in arvis Burſam paſtoris, læditur a Pruno ſpinoſa. Equiſeto, Flammula, Antherico, Kalmia, Myoſotide aquatica, Anemone nemoroſa. Parum bibit, ab aqua ſtagnante vermes Duodeni Hepatisque; præcavetur muria; mutat ætate dentes; fert Lanam; lætificat paſcua; timida pellit hoſtem calcitratione, urina. Mas unus ſufficit 20 feminis, gravidis 150 diebus. Opilio pera pedoque inſtructus & cane, e caula minus clauſa educat balantes greges in cam-

pos

pos ſiticuloſos, apricos. Infeſtatur Hippoboſca, Pediculo, Oeſtro, Acaro; Laborat Vertigine, Hydrope, Phthiſi, Ictero, Hepatitide. Omnes oves e Capra ammone orti credit Buffon.

guineenſis. 2. O. auribus pendulis, palearibus laxis, occipite prominente. *Syſt. nat.* 15. *n.* 3.
Aries guineenſis ſ. angolenſis. *Marcgr. braſ.* 264. *Raj. quadr.* 75.
Habitat in Guinea.
Cornua *parva, deorſum usque ad oculos torta.* Juba *ſub collo pendula.* Pili *breves, hircini.*

Strepſiceros. 3. O. cornibus rectis ſpiralibus. *Syſt. nat.* 15. *n.* 2.†
Strepſiceros cretenſis. *Bellon. itin.* 20. *Aldr. biſulc.* 407. *Raj. quadr.* 75.
Habitat in Ida *monte.*

33. BOS. *Cornua* concava, antrorſum verſa, lunata, lævia.

Dentes Primores inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Taurus. 1. B. cornibus teretibus extrorſum curvatis, palearibus laxis. *Faun. ſvec.* 44. *Syſt. nat.* 15. *n.* 1.
β. Bos. *Geſn. quadr.* 25. *Aldr. biſulc.* 13. *t.* 36. *Jonſt. quadr. t.* 14. *Raj. quadr.* 70.
α. Urus. *Cæſar bell. gall. VI. c.* 5.
Habitat in Poloniæ *depreſſis graminoſis ferus Urus.*
Mugiens boansque Bos: Tauro, Vacca, Vitulo, homini utiliſſimus pro agris lætificandis, colendis ſub jugo; pollet carne, lacte, caſeo, butyro, ſebo, corio; infeſtatur Oeſtris, Tabanis, Cynipe, Ricino, Pediculis; læditur a Cicuta, Aconito, Anemone Vitulus tendinoſus brevioris ævi ſingularis.

Bonaſus. 2. B. cornibus in ſe flexis, juba longiſſima. *Syſt. nat.* 15. *n.* 2.
Bonaſus. *Raj. quadr.* 71. *Jonſt. quadr. t.* 18. *f.* 1.
Habitat in Africa, Aſia.
Defendit ſe ſtercore, ad aliquot paſſus dejecto, comburente.

Biſon. 3. B. cornibus divaricatis, juba longiſſima, dorſo gibboſo. *Syſt. nat.* 15. *n.* 3.
Biſon. *Raj. quadr.* 71. *Geſn. quadr.* 296. *Jonſt. quadr. t.* 17. *f.* 2.
Biſon americanus. *Catesb. carol.* 3. *p.* 20.
Taurus mexicanus. *Hern. mex.* 587. *Geſn. quadr.* 301.
Habitat in Mexico, Florida.
Collum & Pectus *undique urſi inſtar hirſuta.*

Bubalis. 4. B. cornibus reſupinatis intortis antice planis, *Syſt. nat.* 15. *n.* 4.
Bubalus. *Raj. quadr.* 72. *Geſn. quadr.* 58. *Aldr. biſulc. l.* 1. *c.* 6.
Habitat in Aſia, *cultus in* Italia.
Lana *duriuſcula in dorſo, cæterum pili rari. Regitur annulo narium; trahit currus; oryzam colit; caſeum di cavallo præbet.*

indicus. 5. B. cornibus aure brevioribus, dorſo gibbo, juba nulla. †
Bubalus parvus indicus. *Edw. av.* 200. *t.* 200.
Habitat in China.
Utrum hæc ſpecies diſtincta a præcedentibus, nec ne, dubito.

VII. BEL-

VII. BELLUA.

Dentes Primores obtuſe truncati
Mammæ duæ inguinales.

34. EQVUS. *Dentes Primores* ſuperiores VI erecto-paralleli.
Inferiores VI prominentiores.
Laniarii ſolitarii, incluſi, utrinque remoti.
Pedes ungula indiviſa.

Caballus. 1. E. cauda undique ſetoſa. *Faun. ſuec.* 34. *Syſt. nat.* 11. Eqvus. *Geſn. quadr.* 132. *Aldr. ungv.* 12. *Jonſt. quadr.* 1. *t.* 1. 2. 3. 4. *Raj. quadr.* 62.
Habitat in Europa.
Animal generoſum, ſuperbum, fortiſſimum in currendo, portando, trahendo, aptiſſimum equitando, curſu furens; ſylvis delectatur; poſteriora curat; cauda muſcas abigit; alterum ſcalpit; pullum injuriæ obnoxium reponit; hinnitu ſocium vocat; dormit poſt noctem; calcitrando pugnat; ſudans ſe volutat; vegetabilia edit bove propius, ſemina diſſeminat; ſtercus incaleſcit; cyſtide fellea caret; non vomit; Eqvuleus Hippomane natus, pedibus elongatis; læditur globulo auris, aciculæ pedis, naſi capiſtro, dentibus ſebo illitis, Padi herba, Phellandrii Curculione. Laborat hernia mediaſtini, polypo cordis, orthopnoea, œſtro faucium anique, ſcabie, tartaroque pedum, Bubone colli; Hippocomia inſtruitur.

Aſinus. 2. E. cauda extremitate ſetoſa, cruce nigra ſupra humeros. *Faun. ſuec.* 35. *Syſt. nat.* 11.
Aſinus. *Geſn. quadr.* 40. *Aldr. ung.* 295. *Jonſt. quadr.* 12. *t.* 6. *Raj. quadr.* 63.
Onager. *Raj. quadr.* 63. *ſylveſtris eſt.*
β. Mulus. *Raj. quadr* 64. *ab Equa & Aſino.*
γ. Hinnus. *Raj. quadr.* 64. *ab Aſina & Equo.*

Solidungula *maſcula mammas non habent. Ariſtot.*

Habitat. in oriente, *frigoris impatiens.*
Victitat ſpinis; tardus, ſtupidus, rudens, libidinoſus; auriculæ *magnæ*

Zebra. 3. E. faſciis fuſcis verſicolor. *Syſt. nat.* 11.
Zebra. *Edw. av. tab. duæ ultimæ. Raj. quadr.* 69. *Jonſt. quadr. t.* 5. *f.* 1. *Aldr. quadr. l.* 1. *c.* 8.
Habitat in India, Africa. *wild åsna.*
Color *albidus ſeu rufeſcens faſciis nigris digitos tres latis per totum corpus transverſis.* Cauda *Aſini.*

35. HIPPOPOTAMUS. *Dentes Primores* ſuperiores VI, per paria remoti.
Inferiores IV prominentes: in-
mediis recta
tenſis.
ii ſolitarii,
que truncati.
unguiculati.

Le Cabiai hos Buffon, kan-
ſkee ex Genere Hippopotami,
dela Amerianſka Watten-
djur, har Buffon ſedt hos
Duc de Bouillon, men ofull-
komligt beſkrifwit.
Salig Linné lärer ej kunde
Fredr: Therenghis artiga
Beſkrifning på Hippopoten
hwarefter Aldrovandi och
flere compilerat.

ev. mſ. t. 1.
25. Matth.
quadr. t. 49.

l oſtia fluvio-

nitudine Uri,
mobili; den-
; incedit nec
pabulatur in
nnum adfert.

126.

imum, præ-

VIII. CE-

tio=

beſkrif-

Habitat. in oriente, *frigoris impatiens.*
Victitat ſpinis; tardus, ſtupidus, rudens, libidinoſus; auriculæ *magnæ*

Zebra. 3. E. faſciis fuſcis verſicolor. *Syſt. nat.* 11.
Zebra. *Edw. av. tab. duæ ultimæ. Raj. quadr.* 69. *Jonſt. quadr. t.* 5. *f.* 1. *Aldr. quadr. l.* 1. *c.* 8.
Habitat in India, Africa. *wild ass.*
Color *albidus ſeu rufeſcens faſciis nigris digitos tres latis per totum corpus transverſis.* Cauda *Aſini.*

35. HIPPOPOTAMUS. *Dentes Primores* ſuperiores VI, per paria remoti.
Inferiores IV prominentes: intermediis recta protenſis.
Laniarii ſolitarii, oblique truncati.
Pedes margine unguiculati.

amphibius. 1. H. pedibus quadrilobis.
Hippopotamus. *Bell. aquat.* 28. *t.* 30. *Grev. muſ. t.* 1. *f.* 5. *Alp. ægypt.* 245. *t.* 22, 23, 24, 25. *Matth. dioſc.* 2. *c.* 22. *Raj. quadr.* 123. *Jonſt. quadr. t.* 49. *Syſt. nat.* 11.
Habitat in Nilo & Bambolo Africæ *& ad oſtia fluviorum* Aſiæ, *amphibus.*
Corpus *Suis, nudum præter vibriſſas, magnitudine Uri,* Pedibus *brevibus,* Mandibula *ſuperiore mobili; dentibus ſcintillans. Mammæ* 1, 1, *inguinales; incedit nec natat; humiles aggeres vix adſcendit; pabulatur in fundo & ſicco; Oryzæ & Colocaſiæ damnum adfert. Lupino pellitur. Behemot Jobi.*

terreſtris. 2. H. pedibus poſticis triſulcis. †
Tapirierete. *Marcgr. braſ.* 229. *Raj. quadr.* 126.
Habitat in Braſilia.
Animal dubium, Hippopotamo genere proximum, præeunte Rajo.

Proprii generis vid. Buffon VIII. CE-

Tom. X [redacted] *le Tapir page* [redacted] *pro-*
ſcidea

VIII. CETE.

Spiracula ſupra Caput.
Pinnæ Pectorales caudalisque horizontalis absque unguibus.

36. MONODON. *Dens* in maxilla ſuperiore exſertus, prælongus, rectus.

Fiſtula in vertice.

Monoceros. 1. MONODON. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Faun. ſuec.* 263. *Syſt. nat.* 39.
Monoceros piſcis. *Will. icht.* 42. *Raj. piſc.* 11.
Unicornu marinum. *Tulp. obſ.* 375. *Enhorning.*
Habitat in Oceano ſeptentrionali Americæ, Europæ.
Cornu Monocerotis ſpirale hujus Dens eſt.

37. BALÆNA. *Dentium* loco in maxilla ſuperiore laminæ corneæ.

Fiſtula duplex.

Myſticetus. 1. B. naribus flexuoſis in medio capite, dorſo impenni. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 106. *Faun. ſuec.* 264. *Syſt. nat.* 39. *n.* 1.
Balæna *Will. icht.* 35.
Balæna vulgo ſ. Muſculus. *Rond. piſc.* 475.
Balæna vulgo ſ. Myſticetus ariſtotelis. *Geſn. piſc.* 114.
Balæna vulgaris edentula, dorſo non pinnato. *Raj. piſc.* 6.
Balæna ſpitsbergenſis. *Mar. ſpitsb.* 98. *t. Q. f. A. B. C.*
Habitat in Oceano Grœnlandico. *Grönlandswal.*
Maximus omnium animalium; *ſæpe* 100 *pedum, victitat meduſis.* Caput *grande*; Dorſum *impenne.*
Fiſtula *nulla, ſed* 2 *foramina flexuoſa.*
Mammæ *abdominales ante vulvam*; Maxilloſi Dentes *flexiles fiſſilesque uſuales. Pinguedo copioſiſſima, ut ex unico ſæpe oneretur navis.*

Phyſalus. 2. B. naribus in medio capite, dorſo extremo pinna adipoſa. *Art. gen.* 77. *ſyn.* 107. *Faun. ſuec.* 265. *Syſt. nat.* 39. 2.

Balæ-

Cetis *quibusdam pinna dorſalis, omnibus pinna caudæ & pectorales; nullis P. ani, aut ventrales, cum pedes in caudam coadunati.*

Balæna edentula, corpore ſtrictiore, dorſo pinnato. *Raj. piſc.* 9.
Phyſalis bellua ſ. Phyſeter. *Geſn. piſc.* 723.
Phyſeter. *Rond. piſc.* 485. *Will. icht.* 41.
Finfiſch. *Martens. ſpitsb.* 125. *t. Q. f. C.*
Habitat in Oceano Europæo.

Boops. 3. B. fiſtula duplici in roſtro, dorſo extremo protuberantia cornea. *Art. gen.* 77. *ſyn.* 107. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 50.
Balæna tripinnis nares habens cum roſtro acuto & plicis in ventre. *Raj. piſc.* 16.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

Muſculus. 4. B. fiſtula duplici in fronte, maxilla inferiore multo latiore. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 107. *Syſt. nat.* 39. *n.* 3. †
Balæna tripinnis, maxillam inferiorem rotundam & ſuperiore multo latiorem habens. *Raj. piſc.* 17.
Habitat in mari Scotico.
Modo hic a Myſticeto ſufficienter diſtinctus; conferatur. Muſ. Ad. Fr. 51.

38. PHYSETER. *Dentes* in maxilla inferiore. *Fiſtula* in capite ſ. fronte.

Catodon. 1. P. dorſo impenni, fiſtula in roſtro.
Catodon fiſtula in roſtro. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Syſt. nat.* 39. *n.* 1.
Balæna minor in inferiore maxilla tantum dentata, ſine penna aut ſpina in dorſo. *Raj. piſc.* 15.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

macrocephalus. 2. P. dorſo impenni, fiſtula in cervice.
Catodon fiſtula in cervice. *Art. gen.* 78. *ſyn.* 108. *Faun. ſuec.* 262. *Syſt. nat.* 39. *n.* 2.
Cete. *Cluſ. exot.* 131.
Cete Cluſio deſcriptum. *Will. icht.* 41.
Balæna major in inferiore tantum maxilla dentata macrocephala bipinnis. *Raj. piſc.* 15; 11.
Habitat in Oceano Europæo.
Longitudo ſæpe ſexaginta pedum.
Sperma Ceti e ventriculis cerebri.

microps. 3. P. dorſo ſpina longa, maxilla ſuperiore longiore. *Art. gen.* 74. *ſyn.* 104. *Syſt. nat.* 39. *n.* 1.

Balæ-

Balæna major inferiore tantum maxilla dentata, dentibus arcuatis falciformibus, pinnam ſ. ſpinam in dorſo habens. *Raj. piſc.* 15.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

Turſio. 4. B. dorſi pinna altiſſima, apice dentium plano. *Art. gen.* 74. *ſyn.* 104. *Syſt. nat.* 39. *n.* 2.
Balæna macrocephala tripinnis, quæ in mandibula inferiore dentes habet minus inflexos & in planum deſinentes. *Raj. piſc.* 16.
Habitat in Oceano ſeptentrionali.

39. DELPHINUS. *Dentes* in maxilla utraque. *Fiſtula* in capite.

Phocæna. 1. D. corpore ſubconiformi, dorſo lato, roſtro ſubobtuſo. *Art. gen.* 75. *ſyn.* 104. *Faun. ſuec.* 266. *Syſt. nat.* 39. *n.* 1.
Phocœna ſ. Turſio. *Bell. piſc.* 16. *Geſn. piſc.* 711.
Phocœna. *Rond. piſc.* 473. *Will. icht.* 31. *Raj. piſc.* 13.
Habitat in Oceano Europæo, & Balthico. *Tumblare*

Delphis. 2. D. corpore oblongo ſubtereti, roſtro attenuato acuto. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 105. *Syſt. nat.* 39. *n.* 2.
Delphinus. *Bell. piſc.* 9. *Rond. piſc.* 459.
Delphinus antiquorum. *Raj. piſc.* 12. *Will. piſc.* 28.
Habitat in Oceano Europæo. *Marſuin*

Orca. 3. D. roſtro ſurſum repando, dentibus latis ſerratis. *Art. gen.* 76. *ſyn.* 106. *Faun. ſuec.* 267. *Syſt. nat.* 39. *n.* 3.
Orca. *Bell. piſc.* 18. *Rond. piſc.* 483. *Geſn. piſc.* 635. *Will. icht.* 40. *Laſpare*
Balæna minor, utraque maxilla dentata. *Raj. piſc.* 15.
Habitat in Oceano Europæo.

CLAS-

SIREN *Barth. cent.* 2. *obſ.* 11. *t.* 188. e *Braſilia Cultro anatomico Leydæ ſubjecta, mihi paradoxa ob Aures exſtantes, Collumque angustum in aquatico Mammali, nec a peregrinatoribus ulterius confirmata.*

CLASSIS II.

AVES.

AEREÆ vocales Volucres pulcherrimæ, *Mandibulis protractis nudis*, *Corpore pennis* imbricato, *Alis duabus* pennatis volitantes *bipedes* dignoſcuntur.

AVES leviſſimæ modicæ magnitudinis, tectæ pennis plumisque, deſtitutæ *Auriculis*, *Labiis*, *Cauda*, *Scroto*, *Dentibus*, *Utero*, *Epiglottide*, *Fornice*, *Corpore calloſo*, *Diaphragmate.*

PENNÆ avibus propriæ imbricatim in quincuncem diſpoſitæ, interſtinctæ *Plumis*, diſtinctæ a *Remigibus Rectricibusque*, omnes, e baſi cylindro concavo vaſi lymphaticis ſimili, elongatæ bifariam radiis parallelis approximatis diſtinctis itidem pinnatis.

Colore ludunt, ſed variant ætate, ſexu, tempeſtate; conſtantiores *Remiges* & *Rectrices*, quæ attente notandæ. (*)

OVA his, animalibus communia (pag. 9. n. 3.) numero diverſis vario, ſed majora pro mora excluſionis ſiccæ, ſemper putamine calcareo obtecta, incubatu calido excludenda plerumque Parentis.

DIVIDITUR Avium corpus in *Caput*, *Truncum*, *Artus.*

CAPUT impoſitum *Collo* elongato, erectiuſculo, teretiuſculo.

Mandibulæ nudæ, edentulæ, exporrectæ in *Roſtrum* corneum, *Naribus* pertuſum, baſi quibusdam *Cera* nuda veſtitum, *Vibriſſis* pectinatim digeſtis ad faucis exterioris margines.

Lingua carnoſa, cartilaginea, emarginata, lacera, ciliata, integra ſ. acuta.

Oculi laterales *palpebris*, *Membranaque nictitante.*

Aures truncatæ absque auriculis.

Ornamenta verticis e *Criſta* pennacea ſ. *Caruncula* frontis gulæve.

TRUN-

(*) *Act. Stockh.* 1740. *p.* 370. *t.* 1. *f.* 10, 11.

TRUNCUS ovatus conſtans *Dorſo* coadunato macro, ſubtus *Sterno* magno carinato muſculoſiſſimo, *Claviculis* coadunatis in *Furcam*, *Abdomine* minore poſtice ſub uropygio perforato *ano*, genitalibus communi.

ARTUS comprehendunt *Alas*, *Caudam*, *Pedes*.

ALÆ 2 ex Brachio & Cubito manibus privato conſtant, quæ poſtice fornicato-ciliatæ Pennis *Remigibus*: exterioribus *Primoribus* Cubiti, poſterioribus *Secundariis* brachii, ala *notha* ſupplente rudimentum Pollicis. Hæ remiges proxime teguntur *Tectricibus* alarum proximis & ultra.

CAUDA ex *Uropygio* cordato, gemina glandula fœto, ſupra pertuſo, poro penicillo cincto, ambitu ciliato Pennis *Rectricibus* ſæpius 12: pede longioribus in *Macrouris*, brevioribus in *Brachyuris*, ſuntque vel æquales (C. *integra*), vel ad latera breviores (*cuneata*), vel ad latera longiores (*forficata*).

PEDES 2, ex Femore, Tibia, Digitis & Unguibus.

Femora carnoſa, pennis tecta, ſed ſeminuda in Grallis.

Tibiæ tendinoſæ, plerisque nudæ, anguſtæ, rarius hirſutæ, paucis *Calcari* poſtice cornutæ.

Digitis pedes inſiſtentes ſæpius 4, anterioribus plerisque tribus, pollice unico poſtico, niſi in *ſcandentibus* digitis anticis duobus totidemque poſticis, vel *curſoriis* absque poſtico. *Fiſſi* ſunt & diſtincti Digiti in plerisque terreſtribus (Fiſſipedes); *ſemipalmati* in paluſtribus; membranis vel *Lobati*, aut membrana toti *Palmati* (Palmipedes) in natantibus.

Unguibus inſtruuntur Digiti plerumque, rarius poſticus absque articulo eſt.

VOLATILIA hæc, Telluris vigiles libidinoſique muſici, plerumque inermia ſunt, cum Alarum remigibus ſe facile in æthera recipiant ab hoſtibus terreſtribus, & Caudæ rectricibus aëreos diverſo volatu eludant, niſi in terra negotiari neceſſe ſit, dum odor vel ingratus hoſtes arcet, vel abolitus occultat; dum aliæ ſpeculantur hoſtemque appropinquantem indicantque aliis.

ARMA paucis: *Cornua* Meleagridi cornutæ, Anhimæ.
Calcaria Pavoni, Phaſiano.
Spinæ (axillares) Struthione Camelo, Fulicæ ſpinoſæ, Charadrio ſpinoſi, Anhimæ.

VENE-

VENERE *monogama* junguntur pleræque Aves, *polygama* pauciores, ut Gallinæ, Anates. Illæ utriusque ſexus conjunctis viribus ſtruunt nidum ſæpe artificioſiſſimum, uteri ſuccedaneum, incubant ſedulæ ovis, pullos famelicæ alunt, fovent, curant, pro aris & focis defendunt (*), dum in his otientur mares.

MIGRATIONES annuas inter ſeptentrionales æſtivas & auſtrales hybernas plagas arcticæ Telluris inſtituunt non paucæ, ne hyeme demergerentur boreales omnes apud nos inſectivoræ; ſic migrant plurimi *Paſſeres*, inprimis *tenuiroſtres* ob defectum inſectorum; *Grallæ* ob denegatum glacie aditum vermibus & amphibiis; *Anſeres* ob congelatas aquas includentes piſces &c. Revocant vero easdem Dies æſtatis longiores, ciborum copia, denſiores veſtitus, nuptiæ paratæ.

OPERA nec ſine fructu peragunt ſua ſingulæ: ſedentes *Accipitres* cadavera auferunt, ut vivis parcant; incedentes *Picæ* quisquilias impuras verminoſasque devorant; natantes *Anſeres* aquarum nimios hoſpites minuunt; vadantes *Grallæ* inquirunt in paludum animalcula; currentes *Gallinæ* decidua Grana legunt; ſalientes *Paſſeres* arbuſtarum herbarumque ſemina inſectaque carpunt; eoque varia ſemina Piſcium, Inſectorum Plantarumque ſæpius in remotiſſima loca ferunt. Conquiruntur *venatu*, *Falconaria*; *Aucupio* inſtituuntur Falcones ad *venatum*, Diomedeæ ad *piſcaturam*, Paſſeres ad *Muſicam*. Manſueſcunt *Gallinæ*, *Anates*, *Paſſeresque* varii: in ornithone ſ. Aviario coluntur ob *carnes*, *ova*, *plumas*, *pennas*, pulchritudinem, ſonum. Aſſervantur *exuviæ*, *ſiccatæ*, *ſpiritu* contentæ.

ORNITHOLOGI eminent inter veteres *Bellonius*, *Geſnerus*, *Aldrovandus*; inter recentiores *Willugbæus*; inter recentiſſimos *Marſigli*, *Albinus*, *Seba*, *Catesbæus*, eximiusque *Edwardus*. Syſtematici *Rajus*, *Barrere*, *Kleinius*, *Mœhringius*.

ORDI-

(*) *Mol. Deuter. XXII*: 6, 7.

ORDINUM Characteres.

I. ACCIPITRES.

ROSTRUM (*Uncus trahens*) ſubincurvatum: *Mandibula* ſuperiore pone apicem utrinque dente armata: *Naribus* patulis.

PEDES inſidentes, breves, robuſti: *Digitis* ſub geniculis verrucoſis; Unguibus arcuatis, acutiſſimis.

CORPUS capite Colloque muſculoſis; *Cute* tenaci. Impurum.

VICTUS: Laniena rapinaque e cadaveribus.

NIDUS in altis; *Ova* circiter 4; *Femina* præſtantior; Monogamia.

II. PICÆ.

ROSTRUM (*Cuneus ſarriens*) cultratum dorſo convexo.

PEDES ambulantes, breves, validiuſculi.

CORPUS tenaciuſculum, Impurum.

VICTUS e Quisquiliis.

NIDUS in Arboribus; *Mas* alens feminam incubantem; Monogamia.

III. ANSERES.

ROSTRUM (*Cribrum colans*) læve, epidermide tectum, apice auctum.

PEDES natatorii digitis membrana palmatis; *Tibiis* compreſſis, brevibus.

CORPUS pingue, *Cute* tenaci, Plumis præſtantioribus. Ranceſcens.

VICTUS in Aquis ex plantis, piſcibus, &c.

NIDUS ſæpius terreſtris; *Mater* non porrigit pullis; frequentius Polygamia.

IV. GRALLÆ.

ROSTRUM (*Bacillus tentans*) ſubcylindricum.
PEDES vadantes *Femoribus* ſeminudis.
CORPUS compreſſum pelle tenuiſſima; *Cauda* brevi. Sapidum.
VICTUS in Paludibus ex Animalculis.
NIDUS in terra ſæpius; Nuptiis variis.

V. GALLINÆ.

ROSTRUM (*Harpa colligens*) convexum: *Mandibula* ſuperiore fornicata ſupra inferiorem; *Naribus* membrana cartilaginea fornicatis.
PEDES curſorii *Digitis* ſubtus ſcabris.
CORPUS ſebaceum, muſculoſum. Purum.
VICTUS e Granis in ingluvie macerandis Pulveratrices.
NIDUS in Terra absque arte. *Ovis* numeroſis. *Pullis* cibus demonſtrandus. Polygamia.

VI. PASSERES.

ROSTRUM (*Forceps excipiens*) conico-acuminatum.
PEDES ſalientes, teneri, fiſſi.
CORPUS tenellum: *Granivoris* Purum. *Inſectivoris* Impurum.
VICTUS e Seminibus aut Inſectis.
NIDUS artificioſus; *Pullis* cibus inculcandus. Monogamia.

CHA-

CHARACTERES AVIUM.

I. ACCIPITRES.

40. VULTUR Roſtrum *aduncum.* Caput *denudatum.*
41. FALCO Roſtrum *aduncum baſi* Cera *tectum.*
42. STRIX Roſtrum *aduncum baſi* Setis *tectum.*
43. LANIUS Roſtrum *rectiuſculum.*

II. PICÆ.

* Digitis anticis 2, poſticis 2.

44. PSITTACUS Lingua *carnoſa.* Mandibula *ſuperior adunca.*
45. RAMPHASTOS Lingua *pennacea.* Mandibula *ſuperior inanis.*
52 CUCULUS Lingua *cartilaginea.* Mandibula *ſuperior naribus marginatis.*
53. JYNX Lingua *lumbriciformis.* Mandibula *ſuperior tereti uſcula.*
54. PICUS Lingua *lumbriciformis.* Mandibula *ſuperior priſmatica.*

* Digitis anticis 3, poſtico 1. Lingua inciſa.

48. CORVUS Mandibula *ſuperior cultrata baſi* ſetis *tecta.*
49. CORACIAS Mandibula *ſuperior cultrata baſi nuda.*
55. SITTA Roſtrum *porrectum, rectum.*
57. MEROPS Roſtrum *arcuatum, carinatum.*
60. TROCHILUS Roſtrum *ſiliforme, capite longius.*

* Digitis anticis 3, poſtico 1, Lingua integra.

46. BUCEROS Mandibula *ſuperior fronte oſſeo-gibboſa.*
47. CROTOPHAGA Mandibula *ſuperior compreſſa, infracta, transverſe ſulcata.*
butyracea. 21. L. vireſcens, fronte ſuperciliis pectore abdomineque flavis, caudæ apice albo.
Habitat in India.
Corpus *magnitudine & figura Ligurini, viride, fuſco maculatum; ſubtus totum flavum.* Frons & *inde lined ſupra oculos flava.* Tempora *flava.* Cauda *nigricans, biſurca, apice alba.*

Collaria. 22. L. flaveſcens, pectore collarique flavis, temporibus nigris.
Habitat in Indiis.
Roſtrum *nigrum*. Pedes *fuſci*. Frons *calva*. Genæ *nigræ*. Pectus & *ferme* Collare *flava*. Corpus *viride flaveſcens, magnitudine Pari minimi*.

bengha-lenſis. 23. L. griſea, pileo flavo, temporibus albidis, abdomine albido fuſco-maculato.
Paſſer benghalenſis, capite flavo. *Edw. av.* 189. *t.* 189. *Alb. av.* 2. *p.* 48. *t.* 52.
Habitat in Benghala.

malaba-rica. 24. L. cinerea, remigibus rectricibusque nigris, gula anoque albis.
Habitat in Indiis.
Corpus *magnitudine & facie Pari*. Roſtrum *nigrum*. Gula *alba*. Remiges & Rectrices *nigræ*. Ani *regio albida*.

fuſca. 25. L. fuſca, ſubtus albida, remigibus a tertia ad nonam baſi omnino albis. *Chin. Lagerſtr.* 19.
Habitat in Benghala.

melano-cephala. 26. L. lutea, capite atro.
Coccothrauſtes gambogia, *Alb. av.* 3. *p.* 58. *t.* 62.
Habitat in Gvinea.

cana. 27. L. cana, remigibus rectricibusque fuſcis, pedibus rubris.
Linaria cinerea orientalis. *Edw. av.* 179. *t.* 179. *f.* 1.
Habitat in Aſia.
Margines rectricum & oris regio albida.

nigra. 28. L. nigra, macula alba humeri remigumque duarum exteriorum.
Rubicilla minor nigra. *Catesb. car. p.* 68. *t.* 68. *Alb. av.* 3. *p.* 65. *t.* 69.
Habitat in America *auſtrali*.

cærulea. 29. L. cærulea, alis fuſcis faſcia baſeos purpurea.
Coccothrauſtes cærulea. *Catesb. car.* 1. *p.* 39. *t.* 39.
Habitat in America.

violacea. 30. L. violacea, ſuperciliis gula anoque rubris.
Coccothrauſtes purpurea. *Catesb. car.* 1. *p.* 40. *t.* 40.
Habitat in America.

minuta. 31. L. griſea, uropygio ſubtusque ferruginea, remigibus 4, 5, 6, baſi utrinque albis, cauda integra. *Rolander.*
Habitat Surinami.
Avicula vix Regulo major; Roſtrum breve, craſſum, ſubobtuſum.

bicolor. 32. L. fuſca, ſubtus rubra.
Rubicilla fuſca minima. *Edw. av.* 83. *t.* 83. *f.* 1.
Habitat in India.
Magnitudo L. minutæ.

97. EMBERIZA. *Roſtrum* conicum.

Mandibulæ baſi deorſum a ſe invicem diſcedentes: inferiore lateribus inflexo-coarctata; ſuperiore anguſtiore.

nivalis. 1. E. remigibus albis: primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis.
Alauda remigibus albis: primoribus extrorſum nigris, rectricibus nigris: lateralibus tribus albis. *Act. Stockh.* 1740. *p.* 368. *t.* 1. *f.* 9. *Fn. ſuec.* 194. *t.* 1. *f.* 194.
Pied-Chaffinch. *Alb. av.* 2. *p.* 50. *t.* 54. & 3. *p.* 67. *t.* 71.
Avis ignota piperini. *Geſn. av.* 798.
Fringilla albicans. *Aldr. orn. l.* 8. *c.* 357. *t.* 15. *f.* 1.
Montifringilla calcaribus alaudæ. *Will. orn.* 187. *t.* 77. *Raj. av.* 88.
Miliaria nivis. *Friſch. av.* 2. *t.* 6. *f.* 1. 2.
Avis nivis. *Martenſ. ſpitsb.* 53. *t. K. f. B. Edw. av.* 126. *t.* 126. *Snoſparf.*
Habitat in alpibus Lapponiæ, Spitsbergæ *ad ſinum* Hudſonis *alibique, terræ inſidens; intenſiore hyeme ad nos migrans; avena nutritur, Sapidiſſima; hyeme alba; noctu vigil.*

Calandra. 2. E. griſea nigro-maculata. *Fn. ſuec.* 206. *It. ſcan.* 292. *t.* 4.

Em-

Emberiza alba. *Gesn. av.* 564. *Raj. av.* 93. *Will. orn.* 195. *t.* 40. *Alb. av.* 2. *p.* 46. *t.* 50. *Olin. av.* 50.
Alaudæ congener. *Aldr. orn.* . .
Miliaria cana. *Frisch. av.* . . *t.* 6. *f.* 4.
Habitat in Europa. Kornlärra.
Præcedenti valde affinis.

Hortulana. 3. E. remigibus nigris: primis tribus margine albidis, rectricibus nigris: lateralibus duabus extrorsum nigris. *Fn. suec.* 208.
Hortulanus. *Gesn. av.* 569. *Jonst. av.* . . *t.* 37. *Will. orn.* 167. *t.* 40. *Raj. av.* 94. *n.* 6. *Olin. av.* 22. *Albin. av.* 2. *t.* 50.
Miliaria pingvescens. *Frisch. av.* 2. *t.* 5. *f.* 3. 4.
Habitat in Europa.
Oculorum *orbita s. palpebræ nudæ flavæ, ut oculi annulo flavo cingantur nudo, & caput subtus ad maxillam inferiorem flavam.* Gråsmigrano mensc martii

Citrinella. 4. E. rectricibus nigricantibus: extimis duabus latere interiore macula alba acuta. *Fn. suec.* 205.
Emberiza flava. *Gesn. av.* 653. *Will. orn.* 196. *t.* 40. *Raj. av.* 93. *n.* 2. *Alb. av.* 1. *p.* 63. *t.* 66.
Luteæ alterum genus. *Aldr. orn.*
Miliaria lutea. *Frisch. av.* 2. *t.* 5. *f.* 2.
Habitat in Europa, *nidificat humi in pratis.* Gohlspinck
Hyeme domestica; æstate colligit larvas Brassicæ.

Orix. 5. E. grisea, fronte abdomineque nigris, collo uropygioque fulvis, rostro nigro.
Passer angolensis, capite nigro, collo & uropygio flavis. *Edw. av.* 178. *t.* 178.
Habitat in Africa *interiore.*

Quelea. 6. E. dorso griseo, fronte nigra, rostro coccineo.
Habitat in India.
Rostrum *coccineum, crassum Loxiæ, at non incurvum, maxillis Emberizæ.* Frons *undique circum rostrum atra.* Caput, Humeri, Alæ *nigro griseoque maculatæ ut Passeris domestici.* Pectus & Abdomen *albo subincarnata.* Remiges *Rectricesque nigricantes margine undique cinereo.* Pedes *Unguesque incarnati.*

militaris. 7. E. fuſca, pectore gula humerisque ſanguineis.
Turdus ater, pectore coccineo. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 18. *Chin. Lagerſtr.* 12.
Rubicilla fuſca major. *Edw. av.* 82. *t.* 82.
Habitat in America, Aſia.
Magnitudo *Sturni.* Color *ſupra e ſcolopacino fuſcus, ſubtus ſanguineus.* Roſtrum *baſi ſubcalvum.* Remiges *fuſcæ:* 1, 2 *margine exteriore griſeæ.* Rectrices *æquales, fuſcæ: apice faſciis pallidioribus variæ.*

atrata. 8. E. atra nitens.
Habitat in India.
Tota, etiam roſtro, aterrima, corpore ſupra parum e cæruleo vireſcente, nitido ut in Corvo; magnitudo Turdi.

familiaris. 9. E. griſeo-maculata, apicibus rectricum albis, dorſo poſtico flavo.
Motacilla capite & roſtro nigro, uropygio luteo. *Osb. iter.* 102.
Habitat in Aſia.
Corpus *magnitudine Ligurini, ſupra cinereum maculis fuſcis, ſubtus cinereum.* Dorſum *ſub alis & verſus caudam flavum.* Tectrices *caudæ albæ.*

flaveola. 10. E. griſea, facie flava.
Habitat in calidis *regionibus.*
Corpus *magnitudine Ligurini.* Frons & Gula *flavæ.*

pſittacea. 11. E. cinereo-fuſca, alis fulvis, rectricibus duabus longiſſimis.
Fringilla braſilienſis. *Seb. muſ.* 1 *p.* 103. *t.* 66. *f.* 5.
Habitat in America *auſtrali.*

paradiſæa. 12. E. fuſca, pectore rubro, rectricibus duabus longioribus acuminatis, intermediis duabus longiſſimis.
Paſſer indicus. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 23. *Will. orn.* 184. *t.* 45.
Paſſer pſittacus indicus, cauda longa. *Pet. gaz. . . t.* 55. *f.* 1.
Paſſer pectore rubro, cauda longiſſima. *Edw. av.* 86. *t.* 86.
Habitat in Africa.
Nigra eſt ſed cervice & pectore *coccineo. Deponit quotannis longas caudæ pennas, uti Pavo.*

13. E.

Ciris. 13. E. capite cæruleo, abdomine fulvo, dorſo viridi, pennis viridi-fuſcis. *Act. Stockh.* 1750. *p.* 278. *t.* 7. *f.* 1.
Fringilla tricolor. *Catesb. car.* 1. *p.* 44. *t.* 44.
Fringilla tricolor mexicenſis. *Edw. av.* 130. *t* 130.
Fringilla chinenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 64. *t.* 68.
β. Liniaria cærulea. *Catesb. car.* 1. *p.* 44. *t.* 44.
Habitat in America.
Caput *totum* & Collum *cæruleum.* Dorſum, Alæ Caudaque *ſupra viridia*; *tota ſubtus lutea*, *ſed* Pectus *antice fulvum.* β. Femina *cærulea ſolo abdomine albo*, *bieme fere griſea evadit.*

Alario. 14. E. capite pectoreque atro, abdomine albo, alis rubris.
Paſſer capenſis. *Alb. av.* 3. *p.* 63. *t.* 67.
Habitat ad Cap. b. Spei.

98. FRINGILLA. *Roſtrum* conicum, rectum, acutum.

oryzivora. 1. F. fuſca, cervice fulva, macula alarum dorſoque poſtico albis.
Hortulanus carolinenſis. *Catesb. car.* 1. *p.* 14. *t.* 14.
Emberiza carolinenſis. *Klein. av.* 92.
Habitat in Cuba, *ubi autumno conſumta Oryza*, *feminæ ſolæ deſcendunt in* Carolinam.
Femina griſea tota a mare colore differt.

cœlebs. 2. F. artubus nigris, remigibus utrinque albis: tribus primis immaculatis, rectricibus duabus oblique albis. *Fn. ſvec.* 199. *t.* 2. *f.* 199.
Fringilla. *Geſn. av.* 387. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 6. *Will. orn.* 186. *t.* 45. *f.* 4. *Raj. av.* 88. *Alb. av.* 1. *p.* 60. *t.* 63. *Friſch. av. . . t.* 1. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 31.
Habitat in Europa. *Dofinck.*
Femina ſola migrat per Belgium in Italiam. Mas capite pileato, vere mutato ſono æſtatem annunciat.

Montifringilla. 3. F. alarum baſi ſubtus flaviſſima. *Fn. ſvec.* 198. *t.* 2. *f.* 198.
Montifringilla ſ. Fringilla montana. *Jonſt. av.* 99. *t.* 38. *Will. orn.* 187. *t.* 45. *f.* 5. *Raj. av.* 88. *Alb. av.* 3. *p.* 60. *t.* 64. *Friſch. av. . t.* 3. *f.* 2. 3. *Olin. av.* 32. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 7
Habitat in Europa. *Norrqvist.*

lulenſis. 4. F. fuſca, pectore humerisque rufis, alis nigris macula rufa. *Fn. ſuec.* 197.
Habitat in Svecia. ad Lulea Weſt

lapponica. 5. F. capite nigricante maculato: macula pone oculos alba. *Fn. ſuec.* 196.
Fringilla major. *Alb. av.* 3. *p.* 59. *t.* 63.
Habitat in Lapponia. ad Torneo.

ſylvatica. 6. F. artubus remigibus rectricibusque nigris: duabus utrinque extimis a medio extrorſum albis. *Fn. ſuec.* 200.
Habitat in Svecia.

melancholica. 7. F. griſea nigro-punctata, area a roſtro per latera colli atra.
Embriza fuſca americana. *Edw. av.* 85. *t.* 85.
Habitat in America *auſtrali.*

erythrophthalma. 8. F. nigra rubro relucens, abdomine rufeſcente, macula alarum alba.
Paſſer niger, oculis rubris. *Catesb. car.* 1. *p.* 34. *t.* 34.
Habitat in America.

Carduelis. 9. F. remigibus antrorſum luteis: extima immaculata, rectricibus duabus extimis medio reliquisque apice albis. *Fn. ſuec.* 195.
Carduelis. *Geſn. av.* 242. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 3. *Jonſt. av.* 97. *t.* 37. *Will. orn.* 189. *t.* 46. *Raj. av.* 89. *n.* 1. *Merian. inſ. t.* 173. *Alb. av.* 1. *p.* 61. *t.* 64. *Friſch. av. . t.* 1. *f.* 3. 4. *Olin. av.* 10.
Habitat in Europæ *juniperetis*; *hyeme in capitatis plantis.* Stigtsa.

Melba. 10. F. facie caudaque rubris, abdomine albo nigroque undato, dorſo viridi.
Cardueli affinis viridis. *Edw. av.* 128. *t.* 128.
Habitat in China.

Amandava. 11. F. rectricibus purpureis medietate poſtica atris.
Amandava. *Alb. av.* 3. *p.* 72. *t.* 77.
Habitat in india *orientali.*
Mas *totus purpureus*; Femina *cinerea exceptis* roſtro & rectricibus.

12. F.

Gyrola. 12. F. viridis, capite rubro, collari flavo, pectore cæruleo.
Passer viridis, capite rubro. *Edw. av.* 23. *t.* 23.
Habitat in America.

rubra. 13. F. rubra tota.
Muscicapa rubra. *Catesb. car.* 1. *p.* 56. *t.* 56.
Habitat in America.

tristis. 14. F. flava, fronte nigra, alis fuscis.
Carduelis americana. *Catesb. car.* 1. *p.* 43. *t.* 43.
Habitat in America *septentrionali.*

Zena. 15. F. capite nigro, fascia alba alarum supra infraque oculos, pectore fulvo.
Fringilla bahamensis. *Catesb. car.* 1. *p.* 42. *t.* 42.
Habitat in America *meridionali.*

brasiliana. 16. F. cauda cuneiformi, corpore rufescente, temporibus uropygio abdomineque violaceis, rostro rubro.
Fringilla coloribus rufo & cæruleo brasilienfis. *Edw. av.* 191. *t.* 191.
Habitat in Brasilia.

butyracea. 17. F. virens, superciliis pectore abdomineque flavis, remigibus primoribus margine exteriore albis.
Chloris indicus. *Edw. av.* 84.
Habitat in Madera.
Similis Loxiæ butyraceæ, sed rostrum minus.

Canaria. 18. F. rostro corporeque albicante, rectricibus remigibusque virescentibus. *Fn. suec.* 207.
Canaria. *Gesn. av.* 240. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 5.
Passer canariensis. *Jonst. av. t.* 36. *Will. orn.* 192. *t.* 46. *Raj. av.* 91. *n.* 6. *Alb. av.* 1. *p.* 62. *t.* 65. *Frisch. av.* 2. *t.* 12. *f.* 5. *Olin. av.* 7.
Habitat in Canariis *insulis.* Canarifogel.
Seminibus Phalaridis imprimis victitans; hybrida parit, sed non ejus nepos.

Spinus. 19. F. remigibus medio luteis: primis quatuor immaculatis, rectricibus basi flavis apice nigris. *Fn. suec.* 203.
Acanthus avicula. *Gesn. av.* 1.
Spinus s. Ligurinus. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 4. *Will. orn.* 192. *t.* 46. *Raj. av.* 91. *n.* 1. *Alb. av.* 3. *p.* 71. *t.* 76. *Frisch. av.* 2. *t.* 11. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 15.
Habitat in Europæ *juniperetis.* Grönsisra

flammea. 20. F. fuſca, criſta flammea. *Faun. ſuec.* 201.
Linaria ſ. Luteola nigra. *Klein. av.* 93.
Habitat in Europa. *imprimis Nortandia*

flaviroſtris. 21. F. fuſca, roſtro flavicante. *Faun. ſuec.* 204.
Habitat in Europa. *Sv: Rifsa*.

cannabina. 22. F. remigibus primoribus rectricibusque nigris utroque margine albis. *Fn. ſuec.* 209.
Linaria rubra major. *Will. orn.* 191. *t.* 46. *Raj. av.* 90. *n.* 2. *Alb. av.* 3. *p.* 68. *t.* 72. 73. *Friſch. av.* 2. *t.* 9. *f.* 1. 2.
Habitat in Europa. *Hämpling*.

Linaria. 23. F. remigibus rectricibusque fuſcis margine obſolete pallido, litura alarum albida. *Fn. ſuec.* 210.
Linaria rubra. *Geſn. av.* 591. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 9. *Will. orn.* 191. *Raj. av.* 91. *n.* 3. *Alb. av.* 3. *p.* 70. *t.* 75. *Friſch. av. t.* 18. *f.* 3. 4.
Habitat in Europa. *Gruſsfva*.

angolenſis. 24. F. dorſo fuſco, abdomine caudaque cæruleis.
Fringilla ventre cæruleo. *Edw. av.* 131. *t.* 131.
Habitat in Angola & Africa.

violacea. 25. F. violacea, fronte ſubtusque flaviſſima. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . .
Habitat in Calidis *regionibus.*
Nigro-cærulea ſunt Dorſum, Collum, Remiges, Rectrices *ſupra. Flaviſſima ſunt* Frons, Pectus, Abdomen, Collum *ſubtus.* Roſtrum *breviſſimum, trigonum, nigrum apice incurvo.*

Schœniclus. 26. F. rectricibus fuſcis: extimis duabus macula alba cuneiformi, corpore griſeo nigroque, capite nigro.
Fringilla capite nigro, maxillis rufis, torque albo, corpore rufo-nigricante. *Fn. ſuec.* 211.
Paſſer aquaticus ſ. Schœniclos. *Geſn. av.* 652.
Junco ſ. Paſſer arundinaceus. *Aldr. orn.* 529.
Paſſer torquatus in arundinetis nidificans. *Will. orn.* 196. *Raj. av.* 93. *n.* 3.
Cannevarola. *Alb. av.* 2. *p.* 47. *t.* 51.
Habitat in Europa. *Säf-ſparf*
Similis F. domeſticæ gula nigra, ſed capite nigro, collari albo, cauda maxime forcipata.

27. F.

domesti- 27. F. remigibus rectricibusque fuscis, corpore griseo ni-
ca. groque, fascia alarum alba solitaria.

Fringilla remigibus rectricibusque fuscis, gula nigra, temporibus ferrugineis. *Fn. svec.* 212.

Passer domesticus. *Gesn. av.* 643. *Aldr. orn. l.* 15. *c.* 10. *Will. orn.* 182. *t.* 44. *Raj. av.* 86. *Alb. av.* 1. *p.* 5. 9. *t.* 62. *Frisch. av. . . t.* 8. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 42.

Habitat in Europa *prope rura.* Sätting. Grusparf.

Salacissimus qui vigesies sæpe coit. Hortis pessima.

montana. 28. F. remigibus rectricibusque fuscis, corpore griseo nigroque, alarum fascia alba gemina.

Passer montanus. *Aldr. orn. t.* 15. *c.* 15. *Olin. av.* 46. *Raj. av.* 87.

Habitat in Europa.

Simillima Fr. domesticæ sed minor & fascia duplex in alarum tegetibus alba s. tectrices alarum primi secundique ordinis albi, at in F. domestica tantum secundi.

chinen- 29. F. ferruginea, capite atro, rostro cæruleo.
sis.

Passer chinensis. *Alb. av.* 2. *p.* 49. *t.* 53. *f.* 1. *Edw. av.* 43. *t.* 43.

Habitat in China.

Rostrum crassum fere Loxiæ.

hyemalis. 30. F. nigra, ventre albo.

Passer nivalis. *Catesb. car.* 1. *p.* 36. *t.* 36.

Habitat in America.

Zena. 31. F. capite pectoreque nigris, dorso alis caudaque obscure virescentibus.

Passer bicolor bahamensis. *Catesb. car.* 1. *p.* 37. *t.* 37.

Habitat in America.

99. MOTACILLA. *Roſtrum* ſubulatum, rectum: Mandibulis ſubæqualibus.
Nares obovatæ.
Lingua lacero-emarginata.

Luſcinia. 1. M. rufo-cinerea, genuum annulis cinereis. *Fn. ſuec.* 221.
Luſcinia. *Geſn. av.* 592. *Aldr. orn. l.* 18. *c.* 2. *Will. orn.* 161. *t.* 41, *Raj. av.* 78. *n.* 2. *Alb. av.* 3. *p.* 49. *t.* 53. Nachtergakl
Habitat in Europæ *frondoſis, noctu veſpereque cantillans: tanta vox, tam parvo in corpuſculo, tam pertinax ſpiritus; ſpiritu prius deficiens quam cantu. Plin. X.* 29. *Miratrix avis, nutritur ovis Formicarum.*

Calidris. 2. M. ſupra fuſco-vireſcens, ſubtus fulva, linea oculari ſubocularique nigra.
Luſcinia americana. *Edw. av.* 121. *t.* 121. *f.* 2.
Icterus minor nidum ſuſpendens. *Sloan. jam.* 2. *p.* 299. *Raj. av.* 184. *n.* 27.
Habitat in America.
Rectrices apice luteæ.

modularis. 3. M. ſupra griſeo-fuſca, tectricibus alarum apice albis, pectore cæruleſcente-cinereo. *Fn. ſuec.* 223.
Curruca cantu luſciniæ. *Friſch. av. t.* 21. *f.* 3. *Klein. av.* 73. *t.* 1.
Habitat in Europa. Jærn Sparf.

Schœnobænus. 4. M. teſtaceo-fuſca, ſubtus pallide teſtacea, capite macubato. *Fn. ſuec.* 222.
Habitat in Europa. in Scirpos Scaniæ.

campeſtris. 5. M. griſea, capite cinereo, rectricibus concoloribus, abdomine albido.
Curruca jamaicenſis. *Edw. av.* 122. *t.* 122. *f.* 2.
Habitat in Jamaica.

Curruca. 6. M. ſupra fuſca, ſubtus albida, rectricibus fuſcis: extima margine tenuiore alba. *Fn. ſuec.* 233.

Cur-

Motacillæ *pleræque inſectivoræ, nec granivoræ, hinc hyemem verſus e borealibus ad meridionales terras migrant.*

Curruca. *Geſn. av.* 370. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 34. *Will. orn.* 157. *Raj. av.* 79. *n.* 6.
Habitat in Europa. *Törnka.*

Hippolais. 7. M. viresceute-cinerea, subtus flavescens, abdomine albido, artubus fuscis. *Fn. ſuec.* 234.
Ficedula septima. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 37. *Raj. av.* 79 *n.* 7.
Habitat in Europa. *in arboribg.*

Salicaria. 8. M. cinerea, subtus alba, superciliis albis.
Luscinia salicaria. *Klein. av.* 74.
Salicaria Gesneri. *Will. orn.* 158. *Raj. av.* 81. *Alb. av.* 3. *p.* 56. *t.* 60.
Habitat in Europa.

Sylvia. 9. M. supra cinerea, subtus alba, rectrice prima longitudinaliter dimidiato alba, secunda apice alba. *Fn. ſuec.* 228.
Habitat in Europa. *Skogsknertar Ilesar.*

Philomela. 10. M. supra grisea, subtus cinerea, remigibus primoribus apice obsoletis.
Luscinia altera. *Klein. av.* 73. *t.* 1.
Habitat in Europa.

Ficedula. 11. M. subfusca, subtus alba, pectore cinereo maculato. *Fn. ſuec.* 231.
Ficedula cannabina. *Will. orn.* 163. *Raj. av.* 81. *n.* 12. *Alb. av.* 3. *p.* 25. *t.* 26.
Habitat in Europa. *in hortij.*

alba. 12. M. pectore nigro, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis.
Motacilla pectore nigro. *Fn. ſuec.* 214.
Motacilla. *Geſn. av.* 618. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 23. *Bell. av.* 88. 6. *Will. orn.* 171. *t.* 42. *Raj. av.* 75. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 49. *t.* 49. *Frisch. av. . t.* 23. *f.* 4. *Olin. av.* 43.
Habitat in Europa. *Sädesärla.*

flava. 13. M. pectore abdomineque flavo, rectricibus duabus lateralibus dimidiato oblique albis. *Fn. ſuec.* 215.

Motacilla flava. *Geſn. av.* 618. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 24. *Will. orn.* 172. *t.* 68. *Raj. av.* 75. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 54. *t.* 58. *Friſch. av.* . *t.* 23. *f.* 3.
Habitat in Europa.

Tiphia. 14. M. viridis, ſubtus flaveſcens, alis nigris: faſciis duabus albis.
Paſſer viridis indicus. *Edw. av.* 79. *t.* 79.
Habitat in Benghala.
Faſciæ alarum ex apicibus tectricum albis.

Ruticilla. 15. M. nigra, pectore macula alarum baſique remigum rectricumque fulvis.
Motacilla americana. *Catesb. car.* 1. *p.* 67. *t.* 67.
Serino affinis avicula e croceo & nigro varia. *Sloan. jam.* 2. *p.* 312. *Raj. av.* 188. *n.* 51.
Ruticilla minor americana. *Edw. av.* 80. *t.* 80.
Habitat in America.

hiſpanica. 16. M. ferruginea, area oculorum alis caudaque fuſcis, rectricibus extimis latere albis.
Oenanthe fulva. *Edw. av.* 31. *t.* 31.
Habitat in Hiſpania.

Oenanthe. 17. M. dorſo cano, fronte alba, oculorum faſcia nigra. *Fn. ſuec.* 217.
Oenanthe ſ. Vitiflora. *Jonſt. av.* 123. *t.* 45. *f.* 13. *Will. orn.* 168. *t.* 41. *f.* 4. *Raj. av.* 75. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 53. *t.* 55. Steinschmätzer.
β. Motacilla ſubtus pallida, rectricibus introrſum albis, dorſo undulato. *Fn. ſuec.* 219.
Oenanthes vitifloræ femina. *Alb. av.* 3. *p.* 50. *t.* 54.
Habitat in Europæ *apricis lapidoſis.*
Sexu & ætate varia; ceſſante nocturno frigore advenit.

Rubetra. 18. M. nigricans, ſuperciliis albis, macula alarum alba, gula pectoreque flaveſcente. *Fn. ſuec.* 218. & 230. *t.* 1. *f.* 3, 4.
Muſcicapa ſ. Oenanthe tertia. *Aldr. orn.* 735. *Raj. av.* 76. *n.* 4. *Will. orn.* 169. *t.* 41. *f.* 5.
Curruca major altera. *Friſch. av.* . *t.* 22. *f.* 2.
Rubetra. *Alb. av.* 1. *p.* 50. *t.* 52.
Ficedula ſ. Atricapilla alia. *Jonſt. av.* . *t.* 45. *f. ult.*
Ficedula 3. aldrovandi. *Edw. av.* 30. *t.* 30.
Habitat in Europa.

19. M.

Buffon anförer myeket om sin Gobe-Mouche Tom VIII pag: 304.

orn. 162. *t.* 41. *Raj. av.* 78. *n.* 8. *Frisch. av. t.* 24. *f.* 1. *Olin. av.* 9. Gobe-Mouche Buffon
Habitat in Europa. *Frosertum in Scania*.

Emeria. 20. M. grisea, subtus alba, temporibus uropygioque rubris.
Ruticilla bengalensis. *Edw. av.* 190. *t.* 190. *Alb. av.* 3. *p.* 52. *t.* 56.
Habitat in Benghala.

Phœnicurus. 21. M. gula nigra, abdomine rufo, capite dorsoque cano. *Fn. Jvec.* 214.
Ruticilla. *Will orn.* 159. *Raj. av.* 78. *n.* 5. *Alb. av.* 1 *p.* 48. *t.* 50.
Phœnicurus media, penna caudæ subnigra. *Frisch. av. t.* 20. *f.* 3.
Habitat in Europa. Rödstiert.

Erithacus. 22. M. dorso remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rufis: extimis duabus cinereis. *Fn. Jvec.* 225.
Habitat in Europa.

Titys. 23. M. remigibus nigricantibus, rectricibus rufis: intermedio pari nigro extrorsum rufescente. *Fn. Jvec.* 227.
Habitat in Europa.

Svecica. 24. M. pectore ferrugineo fascia cærulea, rectricibus fuscis versus basin ferrugineis.
Motacilla pectore cæruleo: macula flavescente albedine cincta. *Fn. Jvec.* 220.
Wegflecklin. *Gesn. av.* 796. *Aldr. orn.* 749. *Will. orn.* 160. *Raj. av.* 78.
Ruticilla gutture cæruleo. *Edw. av.* 28. *t.* 28.
Phœnicurus pectore cæruleo. *Frisch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 3. 4.
β. Wydengyckerlin. *Gesn. av.* 796.
Habitat in Europæ *alpinis*.

Sialis. 25. M. supra cærulea, subtus tota rubra.
Rubecula dorso cæruleo. *Catesb. car.* I. *p.* 47. *t.* 47. *Edw. av.* 24. *t.* 24.
Habitat in Bermudis & America *calidiore*.

26. M.

Atrica- pilla. 19. M. teſtacea, ſubtus cinerea, pileo obſcuro. *Fn. ſuec.* 229.
Atticapilla ſ. Ficedula. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 36. *Will. orn.* 162. *t.* 41. *Raj. av.* 78. *n.* 8. *Friſch. av. t.* 24. *f.* 1. *Olin. av.* 9. Gobe-Mouche Buffon
Habitat in Europa. Frœſtum in Scania.

Emeria. 20. M. griſea, ſubtus alba, temporibus uropygioque rubris.
Ruticilla bengalenſis. *Edw. av.* 190. *t.* 190. *Alb. av.* 3. *p.* 52. *t.* 56.
Habitat in Benghala.

Phœnicurus. 21. M. gula nigra, abdomine rufo, capite dorſoque cano. *Fn. ſuec.* 224.
Ruticilla. *Will orn.* 159. *Raj. av.* 78. *n.* 5. *Alb. av.* 1 *p.* 48. *t.* 50.
Phœnicurus media, penna caudæ ſubnigra. *Friſch. av. t.* 20. *f.* 3.
Habitat in Europa. Rödſtiert.

Erithacus. 22. M. dorſo remigibusque cinereis, abdomine rectricibusque rufis: extimis duabus cinereis. *Fn. ſuec.* 225.
Habitat in Europa.

Titys. 23. M. remigibus nigricantibus, rectricibus rufis: intermedio pari nigro extrorſum rufeſcente. *Fn. ſuec.* 227.
Habitat in Europa.

ſvecica. 24. M. pectore ferrugineo faſcia cærulea, rectricibus fuſcis verſus baſin ferrugineis.
Motacilla pectore cæruleo: macula flaveſcente albedine cincta. *Fn. ſuec.* 220.
Wegflecklin. *Geſn av.* 796. *Aldr. orn.* 749. *Will. orn.* 160. *Raj. av.* 78.
Ruticilla gutture cæruleo. *Edw. av.* 28. *t.* 28.
Phœnicurus pectore cæruleo. *Friſch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 3. 4.
β. Wydengyckerlin. *Geſn. av.* 796.
Habitat in Europæ *alpinis.*

Sialis. 25. M. ſupra cærulea, ſubtus tota rubra.
Rubecula dorſo cæruleo. *Catesb. car.* I. *p.* 47. *t.* 47. *Edw. av.* 24. *t.* 24.
Habitat in Bermudis & America *calidiore.*

26. M.

Velia. 26. M. cærulea, ventre clunibusque rufescentibus.
Muscicapa cærulea, ventre rubro. *Edw. av.* 22. *t.* 22.
Habitat Surinami.

Spiza. 27. M. viridis, remigibus primoribus nigricantibus.
Muscicapa viridis, capite nigro. *Edw. av.* 25. *t.* 25. *f.* 1.
β. Muscicapa viridis, capite cæruleo. *Edw. av.* 25. *t.* 25. *f.* 2.
Habitat Surinami.

Rubecula. 28. M. grisea, gula pectoreque fulvis. *Fn. suec.* 226.
Rubecula. *Will. orn.* 160. *t.* 38. *Raj. av.* 78. *n.* 3. *Alb. av.* 1. *p.* 49. *t.* 51. *Frisch. av.* 3. *t.* 19. *f.* 2. *Olin av.* 16.
Habitat in Europa. Rotgel.

Troglodytes. 29. M. grisea, alis nigro cinereoque undulatis. *Fn. suec.* 232.
Passer troglodytes. *Gesn. av.* 651. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 4. *Will. orn.* 164. *t.* 42. *Raj. av.* 80. *Alb. av.* 1. *t.* 53. *f. B.*
Trochilus remigibus tessellatis. *Frisch. av. . . t.* 2. 4. *f.* 3.
Habitat in Europa.

Regulus. 30. M. remigibus secundariis exteriori margine flavis, medio albis. *Fn. suec.* 235.
Regulus cristatus. *Will. orn.* 163. *t.* 41. *Raj. av.* 79. *n.* 9. *Alb. av.* 1. *p.* 51. *t.* 53. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 1. *Frisch. av. . t.* 24. *f.* 4. *Catesb. car.* 3. *p.* 13. *t.* 13.
Habitat in Europa. *senior apud nos* Kongsfogel.

Trochilus. 31. M. cinereo-virens, remigibus subtus flavescentibus, superciliis luteis. *Fn. suec.* 236.
Regulus non cristatus. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 2. *Will. orn.* 164. *t.* 42. *Raj. av.* 80. *n.* 10. *Alb. av.* 2. *p.* 55. *t.* 59. *f. A. Frisch. av. . . t.* 24. *f.* 2.
Habitat in Europa.
Conf. Locustella. Will. orn. 151. *Alauda minima locustæ voce. Raj. av.* 70; *pro eadem habet. Mus. petron.* 380.

32. M.

Acredula. 32. M. ſupra cinereo-vireſcens, remigibus fuſcis: ſeptimo octavo nono apice albis. *Fn. ſuec.* 237.
Habitat in Europa. *ad Upſalam.*

Pendulinus. 33. M. capite ferrugineo, macula nigra oculari, remigibus rectricibusque fuſcis margine utroque ferrugineis.
Lanius minimus. *Edw. av.* 55. *t.* 55.
Parus montanus. *Alb. av.* 3. *p.* 53. *t.* 59.
Parus minimus Remiz. *Titius Lipſ.* 1755. *diſſertatio.*
Parus lithuanicus nidum ſuſpendens. *Klein. av.* 86.
Pendulinus. *Act. Bonon.* 2. 2. *p.* 57. *t.* 7.
Remiz. *Rhaczynſk. polon.* 1. *p.* 294.
Habitat in Polonia, Lithuania, Hungaria, Italia, *miſſa a DD. Montio.*

minuta. 34. M. griſea, capite nigro punctis albis ſparſis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . .
Habitat in India..
Corpus *magnitudine Reguli.* Dorſum *Alæque ſupra griſea.* Pectus *flaveſcens lineis transverſis nigris.* Cauda *fuſca, lateribus pallida.* Caput *nigrum, adſperſum punctis rotundis albis, in ſingula penna ſingulis.*
Mas *antice in capite lineis carneis, poſtice punctis albis.*

100. PARUS. *Roſtrum* integerrimum. *Lingua* truncata, ſetis terminata.

criſtatus. 1. P. capite criſtato. *Fn. ſuec.* 239.
Parus criſtatus. *Geſn. av.* 642. *f. med. Aldr. orn. l.* 17. *c.* 20. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 74. *n.* 6. *Alb. av.* 2. *p.* 53. *t.* 57. *f.* 2. *Friſch. av.* . . . *t.* 14. *f.* 2.
Habitat in Europa. *Sofsmujssa.*

major. 2. P. capite nigro, temporibus albis, nucha lutea. *Fn. ſuec.* 238.
Parus major. *Geſn. av.* 640. *Bell. av.* 95. *a. Aldr. orn. l.* 17. *c.* 13. *Will. orn.* 174. *Raj. av.* 73. *n.* 3. *Alb. av.* 1. *p.* 44. *t.* 46. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 1. 2. *Olin. av.* 28.
Habitat in Europa. *Talgoxe.*

americanus. 3. P. cæruleſcens, temporibus pectore dorſoque flaveſcentibus, hypochondriis purpuraſcentibus.
Parus Fringillago. *Catesb. car.* 1. *p.* 64. *t.* 64.
Habitat in America *ſeptentrionali*; *an ſola varietas Pari majoris.*

cæruleus. 4. P. remigibus cæruleſcentibus: primoribus margine exteriore albis, fronte alba, vertice cæruleo. *Fn. ſuec.* 240.
Parus cæruleus. *Bell. av.* 96. *a. Geſn. av.* 641. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 17. *Will. orn.* 175. *Friſch. av.* 3. *t.* 14. *f.* 1.
Habitat in Europa. Blåmees.

ater. 5. P. capite nigro, dorſo cinereo, occipite pectoreque albo. *Fn. ſuec.* 241.
Parus ater. *Geſn. av.* 641. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 19. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 73. *n.* 2. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 3.
Habitat in Europa. in alnetis

paluſtris. 6. P. capite nigro, temporibus albis, dorſo cinereo. *Faun. ſuec.* 242.
Parus paluſtris. *Geſn. av.* 642. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 18. *Will. orn.* 175. *t.* 43. *Raj. av.* 73. *n.* 3. *Alb. av.* 3. *p.* 54. *t.* 58. *Friſch. av.* 3. *t.* 13. *f.* 4.
Habitat in Europa. Cutila.

caudatus. 7. P. vertice albo, cauda corpore longiore. *Fn. ſuec.* 243. *t.* 1. *f.* 243.
Parus caudatus. *Geſn. av.* 642. *fig. infima. Aldr. orn. l.* 17. *c.* 15. *Will. orn.* 176. *t.* 43. *Raj. av.* 74. *n.* 8. *Alb. av.* 2. *p.* 53. *t.* 57. *f.* 1.
Habitat in Europa. ahlfila

biarmicus. 8. P. vertice cano, cauda corpore longiore.
Parus beardmanicus. *Alb. av.* 1. *p.* 46. *t.* 48.
Lanius minimus. *Edw. av.* 55. *t.* 55.
Habitat in Europa.

Pipra. 9. P. ater, capite ſupra albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*
Avicula toto corpore nigra, cum vitta alba. *Seb. muſ.* 2. *p.* 102. *t.* 96. *f.* 5.
Habitat in Indiis.

Statu-

Statura *Motacillæ*, *ſimilis ſequenti*, *ſed roſtrum paulo validius.* Corpus *totum nigrum.* Caput *totum album.* Vibriſſæ *ad os*, *validiores quam in congeneribus.*

erythrocephalus. 10. P. niger, capite femoribusque fulvis.
Parus auricapillus. *Klein. av.* 86.
Parus niger, capite fulvo. *Edw. av.* 21. *p.* 21.
Habitat in America *auſtrali.*

Aureola. 11. P. niger, capite pectoreque coccineis, remigibus antrorſum macula alba. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.*
Parus niger & fulvus. *Edw. av.* 83. *t.* 83. *f.* 2.
Avicula ſurinamenſis nigra, capite e luteo coccineo. *Pet. gaz.* 73. *t.* 46. *f.* 10.
Avicula mexicana de Chichil totolh altera. *Seb. muſ.* 1. *p.* 96. *t.* 60. *f.* 8. 7.
Habitat in America.

Cela. 12. P. niger, roſtro albo, macula alarum baſique caudæ flavis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* . .
Habitat in Indiis.

101. HIRUNDO. *Roſtrum* minimum, incurvum, ſubulatum, baſi depreſſum. *Rictus* capite amplius.

ruſtica. 1. H. rectricibus, exceptis duabus intermediis, macula alba notatis. *Fn. ſuec.* 244.
Hirundo domeſtica. *Geſn. av.* 548. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 6. *Jonſt. av.* 115. *t.* 42. *Will. orn.* 155. *t.* 39. *Raj. av.* 71. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 43. *t.* 45. *Friſch. av. t.* 18. *f.* 1.
Habitat in Europæ *domibus intra tectum.* Hirundo ruſtica *& urbica autumno demergitur, vereque emergit.*

eſculenta. 2. H. rectricibus omnibus macula alba notatis.
Hirundo nidis edulibus. *Bont. jav.* 65. *Raj. av.* 72.
Capus marina. *Rumph. herb.* 6. *p.* 183. *t.* 75. *f.* 4. *Olear. muſ.* 25. *t.* 14. *f.* 2. 6.
Habitat in China *ad ripas, nidis gelatinoſis eſculentis.*

3. H.

Hirundines *in aëre piſcantur inſecta.*

urbica. 3. H. rectricibus immaculatis, dorso nigro-cæruleſcente.
Fn. ſuec. 245. *It. œl.* 41.
Hirundo agreſtis ſ. ruſtica. *Geſn. av.* 564. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 7. *Will. orn* 155. *Raj. av.* 71. *n.* 2. *Alb. av.* 2. *p.* 52. *t.* 56. *f. A. Friſch. av.* 3. *t.* 17. *f.* 2.
Habitat in Europa, *ad parietes ſub tecto.*
Venit venit Hirundo, pulchra tempora adducens & pulchros annos. Heſych. Husſwala

riparia. 4. H. cinerea, gula abdomineque albis. *Fn. ſuec.* 247.
Hirundo riparia ſ. Drepanis. *Geſn. av.* 676. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 8. *Will. orn.* 156. *t.* 39. *Raj. av.* 71. *n.* 3. *Alb. av.* 2. *p.* 52. *t.* 56. *f. B. Friſch. av. t.* 18. *f.* 2.
Habitat in Europæ *collibus arenoſis abruptis, foramine ſerpentino.* Strandſwala.

Apus. 5. H. nigricans, gula alba, digitis omnibus quatuor anticis.
Hirundo tota nigra, gula albicante. *Fn. ſuec.* 246.
Hirundo Apus. *Bell. av.* 100. *a. Geſn. av.* 166. *Aldr. orn. l.* 17. *c.* 10. *Jonſt. av.* 119 *t.* 42. *Will. orn.* 156. *t.* 39. *Raj. av.* 72. *n.* 4. *Alb. av.* 2. *p.* 51. *t.* 55. *Friſch. av.* 3. *t.* 17. *f.* 1.
Habitat in Europæ *altis.*
In terram decidens non evolat; capitur hamo Cicadæ inſerto. Bell. 16. Ringſwala.

Subis. 6. H. nigro-cæruleſcens, ore ſubtusque cinereo-exalbida.
Hirundo cærulea canadenſis. *Edw. av.* 120. *t.* 120.
Habitat ad ſinum Hudſonis.

pelagica. 7. H. rectricibus æqualibus apice ſubulatis. nudis.
Hirundo, cauda aculeata, americana. *Catesb. car.* 3. *p.* 8. *t.* 8.
Habitat in America.

Melba. 8. H. fuſca, gula abdomineque albis.
Hirundo riparia maxima. *Edw. av.* 27. *t.* 27. *Klein. av.* 83.
Habitat ad fretum Herculeum.

102. CAPRIMULGUS. *Roſtrum* incurvum, minimum, ſubulatum, baſi depreſſum.
Vibriſſæ ad os ſerie ciliari.
Rictus ampliſſimus.

europæus. 1. C. narium tubis obſoletis.
Hirundo cauda integra, ore ſetis ciliato. *Fn. ſuec.* 248.
Caprimulgus. *Bell. av.* 28. *a. Geſn. av.* 242. *Jonſt. av.* 53. *t.* 20. *Will. orn.* 70. *t.* 14. *Raj. av.* 26. *n.* 1. *Alb. av.* 1. *p.* 10. *t.* 10. *Friſch. av.* . . *t.* 101. *Catesb. car.* 1. *p.* 8. *t.* 8.
β. Caprimulgus minor americanus. *Catesb. car.* 3. *p.* 16. *t.* 16. *Edw. av.* 63. *t.* 63.
Habitat in Europa & America. *Nocturna.*
Varietatem β. *judico ex macula alba alarum & rectricum, ut in mare avis europeæ.*
Victitat Phalænis & inſectis nocturnis. Nidus orbiculatus e luto inter rupes. nocte ſola exit, proditur ſaltu ſuburro continuo.

americanus. 2. C. narium tubulis eminentibus.
Caprimulgus ſ. Noctua ſylvatica jamaicenſis. *Sloan. jam.* 2. *p.* 298. *t.* 255. *f.* 1. *Raj. av.* 180
Hirundo major ſubfuſca miſcella, macula alba ſphærica in utraque ala. *Brown. jam.* 467.
Habitat in America *calidiore.*

N CLAS-

Caprimulgus *genere differt ab* Hirundine, *uti* Strix *a* Falcone, Phalæna *a* Papilione.

CLASSIS III.

AMPHIBIA.

PESSIMA tetraque Animalia *Corde uniloculari uniaurito*, *Pulmonibus arbitrariis*, *Pene duplici* dignoſcuntur.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Colore lurido, Sceleto cartilagineo, Cute fœda, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco ſqualido, Veneno horrendo; non iraque in horum numerum ſeſe jactavit eorum Auctor.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam pleriſque conceſſit: Aliis *Metamorphoſin* ſubire, aliis *Senectam* exuere; aliis *Ovo* naſci, aliis *nudos* fœtus parere; aliis in *ſicco humidoque* promiſcue vivere, aliis dimidio anno *hyemare*; aliis prædam niſu aſtuve aſſequi, aliis faſcino quaſi eandem in fauces revocare.

REPTILES pedati, auribus plano-denudatis abſque auriculis, variam vitam ex ſtructura agunt: *Teſtudines* muniuntur Teſta; *Dracones* evolant Alis; *Lacertæ* fugiunt Pedibus; *Ranæ* abſconduntur Loco; nec omnes Veneno prorſus carent, ut Bufo, Salamandra, Gecko.

SERPENTES apodes, absque *Auribus* ſurdos, a Piſcibus ſeparant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra rejectos, artuum miniſterio expertes, omnium injuriæ expoſitos, armavit Natura conſervatrix ſuis *armis*, horrentibus exſecrabili *Veneno*, in diverſis diverſo. Sunt autem

autem hæc *Tela* dentibus ſimillima, ſed extra maxillam ſuperiorem collocata, proque lubitu exſerenda & retrahenda, ſacculo ſaniei affixa, quam vulnere inflant in ſanguinem, tum diri effectus cauſſam, cæterum inertem; ſicque Catonia hæc morſu virus habent & fatum dente minantur, pocula morte carent, prout ſolide *Redi*. Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quæ ipſis ſupereſſent, nimium ſævirent, decimam quamque tantum ſpeciem armavit (♂) imperans, ſed verſipelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus; at Beneficus Homini dedit INDIS *Ichneumonem* cum *Ophiorhiza*, AMERICANIS *Suem* cum *Senega*, EUROPÆIS *Ciconiam* cum *Olea*.

DIAGNOSIN, qui velit horum, eandem deſumat a Pedum ſuccedaneis *Scutis abdominalibus caudalibusque*; ne vero numerus alteri demtus alterique additus ſeducat, juvat etiam uterque connumeratus (*Act. Stockh.* 1752. *p.* 206.); ab ano utrinque Longitudo illuſtrat, & Color in nonnullis; cave vero ne renata ſit mutilata cauda.

NANTES pinnatos aquaticos (*Chondropterygios* cartilagineosve dictos Piſces) Amphibiorum claſſem nunc ſubire jubent Pulmones (*) arbitrarii, Latere licet, non vero branchiis liberis, ſed adnatis, reſpirantes; Maresque Pene duplici inſidentes Feminis! ovis concatenatis fœtis, fœdaque Cutis, Oſſaque cartilaginea, cætera. Neque hi omnes Toxico expertes, teſte Paſtinaca, Torpedine.

AMPHIBIOLOGI omnium pauciſſimi ſunt, nullique veri. *Seba* numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit & delineavit, ſed multiplicavit, minimeque deſcripſit. *Catesbæus* nec paucos Serpentes pulchrius delineavit, quam notavit.

(*) *Pulmones horum pectinati ut Piſcium, ſed adnati vaſi arcato cylindrico tubuloſo, absque radio oſſeo, nec piſcium ſimili, niſi externa figura.*

CLASSIS III.

AMPHIBIA.

PESSIMA tetraque Animalia *Corde uniloculari uniaurito*, *Pulmonibus arbitrariis*, *Pene duplici* dignoſcuntur.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Colore lurido, Sceleto cartilagineo, Cute fœda, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco ſqualido, Veneno horrendo; non iraque in horum numerum ſeſe jactavit eorum Auctor.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam pleriſque conceſſit: Aliis *Metamorphoſin* ſubire, aliis *Senectam* exuere; aliis *Ovo* naſci, aliis *nudos* fœtus parere; aliis in *ſicco humidoque* promiſcue vivere, aliis dimidio anno *hyemare*; aliis prædam niſu aſtuve aſſequi, aliis faſcino quaſi eandem in fauces revocare.

REPTILES pedati, auribus plano-denudatis abſque auriculis, variam vitam ex ſtructura agunt: *Teſtudines* muniuntur Teſta; *Dracones* evolant Alis; *Lacertæ* fugiunt Pedibus; *Ranæ* abſconduntur Loco; nec omnes Veneno prorſus carent, ut Bufo, Salamandra, Gecko.

SERPENTES apodes, absque *Auribus* ſurdos, a Piſcibus ſeparant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra rejectos, artuum miniſterio expertes, omnium injuriæ expoſitos, armavit Natura conſervatrix ſuis *armis*, horrentibus exſecrabili *Veneno*, in diverſis diverſo. Sunt autem

autem hæc *Tela* dentibus ſimillima, ſed extra maxillam ſuperiorem collocata, proque lubitu exſerenda & retrahenda, ſacculo ſaniei affixa, quam vulnere inflant in ſanguinem, tum diri effectus cauſſam, cæterum inertem; ſicque Catonia hæc morſu virus habent & fatum dente minantur, pocula morte carent, prout ſolide *Redi*. Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quæ ipſis ſupereſſent, nimium ſævirent, decimam quamque tantum ſpeciem armavit (♂) imperans, ſed verſipelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus; at Beneficus Homini dedit INDIS *Ichneumonem* cum *Ophiorhiza*, AMERICANIS *Suem* cum *Senega*, EUROPÆIS *Ciconiam* cum *Olea*.

DIAGNOSIN, qui velit horum, eandem deſumat a Pedum ſuccedaneis *Scutis abdominalibus caudalibusque*; ne vero numerus alteri demtus alterique additus ſeducat, juvat etiam uterque connumeratus (*Act. Stockh.* 1752. *p.* 206.); ab ano utrinque Longitudo illuſtrat, & Color in nonnullis; cave vero ne renata ſit mutilata cauda.

NANTES pinnatos aquaticos (*Chondropterygios* cartilagineosve dictos Piſces) Amphibiorum claſſem nunc ſubire jubent Pulmones (*) arbitrarii, Latere licet, non vero branchiis liberis, ſed adnatis, reſpirantes; Maresque Pene duplici inſidentes Feminis! ovis concatenatis fœtis, fœdaque Cutis, Oſſaque cartilaginea, cætera. Neque hi omnes Toxico expertes, teſte Paſtinaca, Torpedine.

AMPHIBIOLOGI omnium pauciſſimi ſunt, nullique veri. *Seba* numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit & delineavit, ſed multiplicavit, minimeque deſcripſit. *Catesbæus* nec paucos Serpentes pulchrius delineavit, quam notavit.

(*) *Pulmones horum pectinati ut Piſcium, ſed adnati vaſi arcuato cylindrico tubuloſo, abſque radio oſſeo, nec piſcium ſimili, niſi externa figura.*

GENERUM Characteres.

I. REPTILES pedati, ſpirantes ore:

103. TESTUDO *Corpus Teſta munitum.*
104. DRACO *Corpus Alis volatile.*
105. LACERTA *Corpus (Teſta Alisve) nudum, caudatum.*
106. RANA *Corpus ſimiliter nudum, e caudatum.*

II. SERPENTES apodes, ſpirantes ore:

107. CROTALUS *Scuta Abdominalia Caudaliaque cum Crepitaculo.*
108. BOA *Scuta Abdominalia Caudaliaque absque Crepitaculo.*
109. COLUBER *Scuta Abdominalia; Squamæ Caudales.*
110. ANGUIS *Squamæ Abdominales Caudalesque.*
111. AMPHISBÆNA *Annuli Abdominales Caudalesque.*
112. COECILIA *Rugæ nudæ laterales.*

III. NANTES pinnati, ſpirantes lateribus:

113. PETROMYZON *Spiracula 7.*
114. RAJA *Spiracula 5 ſubtus. Corpus depreſſum.*
115. SQUALUS *Spiracula 5 lateralia. Corpus teres.*
116. CHIMÆRA *Spiracula 1. Dentes primores inciſores 2.*
117. LOPHIUS *Spiracula 1. Pinnæ pectorales brachio inſertæ.*
118. ACIPENSER *Spiracula 1. Os retractile.*

I. REPTILES.

Os reſpirans.
Pedes quatuor.

103. TESTUDO. *Corpus* tetrapodum, caudatum, teſta obtectum.

Mydas. 1. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum binis, plantarum ſolitariis, teſta ovata.
Amœn. acad. 1. *p.* 138. Teſtudo unguibus acuminatis: palmarum duobus, plantarum unico.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 50. Teſtudo atra.
Oſb. iter. 293.
Geſn. quadr. 78. Teſtudo marina.
Aldr. quadr. 712. *t.* 714.
Grew muſ. 38. *t.* 3. *f.* 4.
Olear. muſ. 27. *t.* 17. *f.* 1.
Bradl. natur. t. 4. *f.* 4.
β. *Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 9. Teſtudo marina americana Mydas dicta.
Amœn. acad. 1. *p.* 137. Teſtudo eadem.
Marcgr. braſ. 241. Jurucuja braſilienſibus.
Raj. quadr. 256.
γ. *Amœn. acad.* 1. *p.* 287. *n.* 7. Teſtudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque ſolitariis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 50. Teſtudo eadem.
Seb. muſ. 1. *t.* 79. *f.* 4. 5. 6.
Habitat ad inſulas Pelagi: *inſulam* Adſcenſionis *&c. ova membranacea noctu in Arena calcarea rotunda defodit.*
Caro virideſcens, eſculenta; reſupinata in mare dormiens natat; incedit tot hominibus, quot ei inſiſtant; in terra reſupinata non erigitur. Teſta olim pro ſcutis, fornicibus.

Caretta. 2. T. pedibus pinniformibus, unguibus palmarum plantarumque binis, teſta ovata acute ſerrata.
Gron. muſ. 2. *p.* 85. *n.* 69. Teſtudo pedibus natatoriis, unguibus acuminatis binis.
Brown. jam. 465. Teſtudo unguibus utrinque binis acutis, ſquamis dorſi quinque gibbis.

Catesb. car. 2. *p.* 39. *t.* 39. Teſtudo Caretta Rochef.
Raj. quadr. 258. Teſtudo Caretta.
Habitat ad inſulas Americanas.

orbicularis. 3. T. pedibus palmatis, teſta orbiculata planiuſcula.
Raj. quadr. 254. Teſtudo aquarum dulcium?
Habitat in meridionalibus Europæ.
Teſta *parva integerrima orbiculata, nec antice nec poſtice emarginata.* Sternum *poſtice bifidum.* Pedum *digiti membrana connexi in plantam orbiculatam.*

ſcabra. 4. T. teſta planiuſcula, ſcutellis omnibus intermediis dorſatis.
Habitat in Indiis.
Corpus & teſtæ latera ſubtus albo nigroque varia: Sternum antice truncatum.

lutaria. 5. T. pedibus ſubpalmatis, cauda corpore dimidio breviore, teſta ſubconvexa poſtice tribus ſcutellis carinata.
Amœn. acad. I. *p.* 139. *n.* 23 Teſtudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque quaternis.*
Habitat in Italia, Oriente.
Palmæ *magis palmatæ*, plantæ *minus. Sternum poſtice truncatum.*

græca. 6. T. pedibus ſubdigitatis, teſta gibba margine laterali obtuſiſſimo, ſcutellis planiuſculis.
Teſtudo teſſellata minor africana. *Edw. av.* 204. *t.* 204.
Habitat in Africa.
Corpus caudatum, palmis unguibus 5, *plantis vero* 4.

carolina. 7. T. pedibus digitatis, teſta gibba, cauda nulla.
Teſtudo teſſellata minor caroliniana. *Edw. av.* 205. *t.* 205.
Habitat in Carolina.
Palmæ pentadactylæ, Plantæ tetradactylæ.

carinata. 8. T. pedibus digitatis, teſta gibboſa, ſcutellis dorſalibus quatuor anterioribus carinatis, ſterno integro.
Habitat in Calidis *regionibus.*

9. T.

Teſtudines abſciſſo capite ſæpe 14 dies vivunt; hyeme in frigidioribus hybernant terreſtres. Nullum animal Teſtudine tardius; copula cohærent ſæpe per menſem.

geometrica. 9. T. pedibus poſticis palmatis, teſtæ ſcutellis elevatis truncatis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 50. Teſtudo unguibus acuminatis: palmarum 5, plantarum 4.
Worm. muſ. 317. Teſtudo picta ſ. ſtellata.
Amœn. acad. 1. *p.* 139. *n.* 24.
Grew. muſ. 36. *t.* 3. *f.* 1, 2. Teſtudo teſta teſſellata major.
Seb. muſ. 1. *t.* 80. *f.* 8. Teſtudo minor amboinenſis.
Piſ. braſ. t. 105. Teſtudo nigricantibus & flaveſcentibus figuris geometricis.
Raj. quadr. 259. Teſtudo teſſellata minor.
Habitat in Aſia.
Teſta nigra ſcutellis flavis radios flavos anaſtomoſantes emittentibus.

puſilla. 10. T. teſta hemiſphærica: ſcutellis convexis trapeziis margine ſtriatis diſco punctatis.
Grew. muſ. 38. *t.* 3. *f.* 3. Teſtudo virginea.
Worm. muſ. 313. Teſtudo terreſtris puſilla ex India orientali.
Raj. quadr. 259. Teſtudo eadem.
Habitat in India.

ſerpentina. 11. T. pedibus digitatis, teſta ſubconvexa poſtice obtuſa acute quinque-dentata.
Habitat in Calidis *regionibus.*

104. DRACO. *Corpus* tetrapodum, caudatum, alatum.

volans. 1. Draco. *Syſt. nat.* 36. *Gron. muſ.* 2. *p.* 73. *n.* 46.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 40. Draco.
Amœn. acad. 1. *p.* 126. Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, alis femore connexis, criſta gulæ triplici.
Bont. jav. 57. *t.* 57. Lacertus volans ſ. Dracunculus.
Seb. muſ. 2. *t.* 86. *f.* 3. Lacerta africana volans ſ. Draco volans.

Teſtudinibus Pedum digiti antici 5, *poſtici* 4, *totidem unguibus, exceptis marinis pinniformibus pedibus. Scuta teſtæ numero ſæpius conveniunt, unde diagnoſis Specierum difficillima.*

Dracones *omnes reliqui authorum fabuloſi ſunt, ut* HYDRA, *Seb. muſ.* 1. *t.* 102. *f.* 1. *Hamburgi a nobis viſa, non naturæ, ſed artis opus eximium.*

Bradl. natur. t. 9. f. 5. Lacerta volans.
Habitat in India, Africa. *Draze*

105. LACERTA. *Corpus* tetrapodum, caudatum, nudum.

* *Cauda compressa.*

Crocodilus. 1. L. cauda compressa, pedibus triunguiculatis, palmis pentadactylis, plantis tetradactylis palmatis.
Amœn. acad. 1. *p.* 121. Lacerta eadem.
Mus. Ad. Fr. 1. *p.* 40. Lacerta eadem.
Gron. mus. 2. *p.* 74. *n.* 47. Crocodilus.
Bellon. aquat. 41. Crocodilus.
Gesn. quadr. 9. Crocodilus.
Aldr. aquat. 677. Crocodilus.
Jonst. quadr. t. 79 *f* 3 Crocodilus.
Raj. quadr. 261. Lacertus maximus.
Bont. jav. t. 55. Crocodylus Cayman.
Marcgr. bras. 242. Jacare.
Olear. mus. 8. *t.* 7 *f.* 3. Crocodylus.
Bell. mus. 47 *t.* 13. Crocodilus niloticus.
Sloan jam. 2. *p.* 332. Crocodilus.
Seb. mus. 1. *t.* 103. 104. Crocodilus.
Merian. sur. 49. *f.* 69. Crocodil.
Vallisn. nat. 1. *t.* 43
Catesb. car. 2. *t.* 63. Lacertus maximus.
Habitat in Africæ, Asiæ, Americæ *Aquis. Leviatan Anatome Crocodili. Hasselq. iter.* 292.
Ova centena deponit, effodiuntur ab Ichneumone, avicula; exclusos pullos Mater in tergum provocat, ad aquas ducit, deciduos Mas Feminaque ingurgitant; sub aqua vorat; in catenam adsociati aquatilia exagitant. Leviathan Jobi. 40: 20; 41: 24.
Fugientibus atrox; edocti dorso ipsius insiliunt, regunt.

Caudiverbera. 2. L. cauda depresso-plana pinnatifida, pedibus palmatis.
Feuill peruv. 2. *p.* 319. *t.* 319.
Seb. mus. 2. *t.* 62. *f.* 9.
Habitat in Peru.

superciliosa. 3. L. cauda carinata, dorso superciliisque ciliatis.
Mus. Ad. Fr. 1. *p.* 40. Lacerta eadem. *

Seb.

Seb. muſ. 1. *t.* 109. *f.* 4.
Habitat in Indiis.

ſcutata. 4. L. cauda ſubcompreſſa mediocri, ſutura dorſali dentata, occipite bimucronato.
Seb. muſ. 1. *p.* 173. *t.* 109. *f.* 3. Salamandra prodigioſa amboinenſis ſcutata.
Habitat in Aſia.

Monitor. 5. L. cauda carinata, corpore mutico.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 41. Lacerta cauda ancipiti integra, pedibus pentadactylis, digitis omnibus unguiculatis. *
Seb. muſ. 2. *t.* 86. *f.* 2.
t. 105. *f.* 1.
1. *t.* 94. *f.* 1. 2.
Habitat in Indiis.
Corpus *maculis albis ocellatis verticillatum. Faſciæ abdominis albi lineares interruptæ.*

principa- 6. L. cauda ſubcarinata, criſta gulæ integerrima, dorſo
lis. lævi.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 43.
Amœn. acad. 1. *p.* 286. *t.* 14. *f.* 2.
Habitat in Indiis.

bicarina- 7. L. cauda compreſſa ſupra bicarinata mediocri, dorſo
ta. quadrifariam carinato-ſtriato.
Habitat in Indiis
Parva, griſea. Dorſum *ſtriis duabus elevatis & latera dorſi ſingula ex ſquamis carinato-ſtriata; Latera ſquamis convexo-tuberculatis.* Abdomen 24 *ordinibus* transverſalibus *ſquamarum* (*in ſingulo* 6.) *tectum.* Cauda *corpore vix ſeſquilongior, compreſſa, ſubtus ſtriata, lateribus lævis, ſupra duplici carina angulata.* Criſta *nulla.*

paluſtris. 8. L. cauda ancipiti mediocri, pedibus muticis fiſſis; palmis tetradactylis. *Fn. ſuec.* 256. *Skrol Abborre.*
Gron. muſ. 2. *p.* 77. *n.* 51. Salamandra alepidota verrucoſa.
Raj. quadr. 273. Salamandra aquatica.
Seb. muſ. 1. *t.* 89. *f.* 4, 5. Lacerta americana.
Habitat in Europæ *aquis dulcibus ſtagnantibus.*
An diſtincta ſpecies a L. agili vel larva alius.

* * *Cauda verticillata.*

Cordylus. 9. L. cauda verticillata brevi: ſquamis denticulatis, corpore lævigato.
Amœn. acad. 1. *p.* 132. 292.
Gron. muſ. 2. *p.* 79. *n.* 55. Cordylus.
Seb. muſ. 1. *t.* 84. *f.* 3. 4. & 2. *t.* 62. *f.* 5.
Habitat in Africa, Aſia.
Corpus ſquamis truncatis verticillatum.

Stellio. 10. L. cauda verticillata mediocri: ſquamis denticulatis, capite corporeque muricato.
Haſſelq. iter. 301. Lacerta Stellio.
Tournef. itin. 1. *p.* 119. *t.* 120. Lacerta Coſlordilos dicta.
Seb. muſ. 2. *t.* 8. *f.* 7.
Habitat in Oriente: Delos, Ægypto, Africa.

mauritanica. 11. cauda ſubverticillata brevi muricata apice lævi, corpore ſupra muricato, pedibus ſubtus ſquamatis.
Habitat in Mauritania. *E. Brander.*
Corpus *habitu & figura L. Gecko, ſed luridum & ad latera capitis, ſupra collum, dorſum, femora, verrucoſum mucronibus.* Cauda *corpore brevior, a baſi ad medium ſpinis ſexfariam muricata, inde ad apicem lævis.* Digiti *pedum omnino ut in Gecko ſubtus lamelloſo-ſquamati, unguibus minimis.* Subtus *totum corpus læve ſquamis minimis.*

azurea. 12. L. cauda verticillata brevi: ſquamis mucronatis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 42. Lacerta eadem.
Seb. muſ. 2 *t.* 62. *f.* 6.
Habitat in Africa.

turcica. 13. L. cauda ſubverticillata mediocri, corpore griſeo ſubverrucoſo.
Edw. av. 204. *t.* 204. Lacerta minor cinerea maculata aſiatica.
Habitat in Oriente.
Cauda *vix corpore longior, obſolete verticillata.* Corpus *parvum, griſeum, punctis fuſcis irroratum, inæbuale & quaſi verrucis obſoletis adſperſum.*

Ameiva. 14. L. cauda verticillata longa, ſcutis abdominis triginta, collari ſubtus ruga duplici.
Amœn. acad. 1. *p.* 127. 293. Lacerta cauda tereti corpore duplo longiore, pedibus pentadactylis, criſta nulla, ſcutis abdominalibus 30.

Muſ.

Muſ Ad. Fr. 1. p. 45. Lacerta eadem.
Gron. muſ. 2. *p.* 80 *t.* 56. Lacerta cauda tereti corpore triplo longiore, ſquamis læviſſimis, abdominalibus oblongo-quadratis.
Habitat in Rutheno; *introductus a Rege Friderico I in* Mælerum *Sveciæ.* Herlett
Ova hujus & Huſonis pro Garo Cavear dicto.

Huſo. 3. A. cirris 4? corpore nudo.
Art. gen 65. *ſyn.* 92. Acipenſer tuberculis carens.
Habitat in Danubio, *fluviisque Imperii* Ruthenici.
Alii cirros 4, *alii* 8 *tradunt in nobis non vajo. Corium pro lineis curruum præſtantiſſimum; ab eo Ichthyocolla præparatur & ex ovis Garum conficitur.*

Plecoſtomus. 4. A. cirris duobus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 55. *t.* 28. *f.* 4.
Gron. muſ. 1. *n.* 67. *t.* 3. *f.* 1, 2. Plecoſtomus dorſo dipterygio, cirris duobus, cauda bifurca.
Habitat Surinami.
Pinnæ D. 8, 1. *P.* $\frac{1}{7}$. *V.* 6. *A.* 5. *C.* 12.
Acipenſeres vivipari ſunt, uti Petromyzon.

CLAS-

CLASSIS IV.

PISCES.

AQUEI Elementi muti ſurdique Volucres compendioſiſſimi reſpirant *Branchiis* liberis, natant Pinnis radiatis, veſtiuntur *Squamis* cartilagineis.

INSTRUUNTUR Capite, Thorace, Abdomine, Cauda, Pinnis; Cerebro Medullaque ſpinali, Corde uniloculari uniaurito, Branchiis, Diaphragmate, Hepate Veſiculaque fellea, Liene, Renibus Veſicaque urinaria, Veſiculis ſeminalibus Ovariisve, Inteſtinis cæcoque, Membrana nictitante.

DESTITUUNTUR Palpebris, Auribus Auriculisque, Collo, artuum Brachiis Tibiisque, Pene Vulvave.

DIVIDITUR horum Corpus externum in *Caput*, *Truncum*, *Pinnas*.

CAPUT compreſſum (Cathetoplateum) ſ. depreſſum (Plagioplateum).

Os Labiis mobilibus, aut fixis clauſile.

Dentes ſæpe in Maxillis, Lingua, Fauce.

Oculi 2, nudi, membrana *nictitante*; *Pupilla* globoſa.

Nares pertuſæ, ſæpe geminatæ, minus prominentes.

Cirri filiformes, molliuſculi, labiis interdum inſerti.

Aperturæ branchiarum per branchias in os hiantes.

Opercula branchias tegentia, aperturas claudentia.

Branchiæ extus ſpirantes comprimendæ, ſæpius quatuor, radio arcuato oſſeo adnatæ, radiis liberis pectinatæ.

TRUNCUS ſquamoſus, mucoſus, oblongus, poſtice anguſtatus in Caudam: Squamæ plerisque cartilagineæ, rarius ciliatæ, nonnullis oſſeæ ut piſcis loricatus evadat.

Linea

Linea lateralis utrinque distincta a linea interstitiali, sæpius ex glandulis *punctata*, rarius *loricata*, utraque *recta* aut *curvata*.

Thorax refertus Corde intra Pericardium suum.

Abdomen costatum Visceribus, Intestinis, Vesicula aërea.

Anus abdomen terminans, communis Intestinis, Vesicæ & Genitalibus.

Cauda postica Trunci, solida, musculosa.

PINNÆ membranaceæ expandendæ *Radiis* cartilagineis: qui
Spinosi duriores, ossei, simplices, pungentes. (*)
Molles flexiles, tendinei, dichotomi, mutici.

Branchiostegæ sub operculis branchiarum plicatiles radiata membrana.

Dorsalis dorso longitudinalis imposita, sæpe 1, rarius 2, pauciſſimis 3.
Adiposa, dorsalis spuria, radiis destituta.

Pectorales ad latera thoracis positæ.

Ventrales abdomini subtus annexæ.

Analis pone anum, sub cauda, longitudinalis.

Caudalis terminalis, perpendicularis: *rotunda*, *integra*, s. *bifurca*.

PISCES hi muti surdique ætheris sonum *non audiunt*, aëris licet tremorem sentiant, *Respirant* latere extrorsum aquam, *Movent* se Pinnis, dum *Caudali* propelluntur, *Dorsali Analique* tamquam Gubernaculo reguntur, *Pectoralibus* tamquam Alis attolluntur, *Ventralibus* tamquam Pedibus insistunt. *Fugiunt* natatu diversimodo; *Defenduntur* Spinis tamquam murice; *Victitant* Muco, Infectis, Vermibus, Cadaveribus, Piscibus, Plantis.

Historia horum ex Structura, Alimento, Solo, Moribus, Migrationibus & Usu in Piscatura, Culina, Oeconomia, Mechanica, Medicina.

LOCUS omnium aquaticus est; forte etiam omnes marini; sed alii imprimis *lacustres* aquas dulces inhabitantes; varii etiam *fluviatiles*, sæpe e mari adscendentes; plurimi mere *mari-*

(*) Recumbens *spina nonnullis antrorsum decumbit ante pinnam dorsi aut ani.*

marini, qui aquas dulces non ferunt; horum plerique littora adeunt pro generandis (*) & pariendis ovis, calidiore aqua excludendis, nisi mere *pelagici* natantibus ovis, a littoribus semper alieni, sed omnium alii *diurni*, alii *nocturni*; illi plerique natant in aquis, hi vero sæpius in fundo pascuntur. Alii demum subsolitarii vagantur, alii gregatim degunt.

VICTUS tenuis e piscibus nuper enectis, thoracicis, exercitatis; imprimis assati, veteribus in pretio, hodiernis in deliciis.

ICHTHYOLOGI Practici *Bellonius*, *Rondeletius*, *Salvianus*, *Gesnerus*, *Aldrovandus*, *Willugbæus*, *Rajus*.

Theoretici *Artedi! Nos*, *Gronovii*, *Hasselqvist*, radios pinnarum observarunt; At *Valentinus* defectum artis exposuit; *Catesbæus* pulchre quosdam depinxit americanos.

Synonyma ab *Artedio* petenda, ego itaque ea sepposui.

DIVISIONEM Piscium, artis normam, a variis partibus tentarunt varii. Recentiorum immortalis Artedi Spinosos *Acanthopterygios* & Inermes *Malacopterygios* secundum Membranam *Branchiostegam* secutus, sed deseruit non semel in bivio constitutum; novam itaque tentabo viam a PEDIBUS *ante Alas*, *sub Alis*, *pone Alas* sitis.

Apertura instructa operculis pinnaque branchiali: dum

Pinnæ *ventrales*: vel *nullæ* omnino APODES. 1.

— — *ante* pinnas Pectorales JUGULARES. 2.

— — *sub* pinnis Pectoralibus THORACICI. 3.

— — *pone* pinnas Pectorales ABDOMINALES. 4.

— — Destituta operculis pinnisve branchialibus BRANCHIOSTEGI. 5.

(*) Generatio *Piscium etiamnum obscura est.*

CHARACTERES PISCIUM.

I. APODES.

119. MURÆNA Aperturæ *branchiarum ad latera thoracis.*
120. GYMNOTUS Dorsum *apterygium.*
121. TRICHIURUS Cauda *aptera.*
122. ANARHICHAS Dentes *rotundati.*
123. AMMODYTES Caput *corpore angustius.*
124. STROMATEUS Corpus *ovatum.*
125. XIPHIAS Rostrum *ensiferum.*

II. JUGULARES.

126. CALLIONYMUS Aperturæ *branch. ad nucham.*
127. URANOSCOPUS Os *simum.*
128. TRACHINUS Anus *prope pectus.*
129. GADUS *Pinnæ* Pectorales *elongatæ in acumen.*
130. BLENNIUS *Pinnæ* Ventrales *didactylæ muticæ.*
131. OPHIDION *Pinnæ* Ventrales *e spina & cirrho.*

III. THORACICI.

132. CYCLOPTERUS *Pinnæ* Ventrales *connatæ in orbiculum.*
133. ECHENEIS Capitis *dorsum planum transverse sulcatum.*
134. CORYPHÆNA Caput *antice truncato-obtusum.*
135. GOBIUS *Pinnæ* Ventrales *coadunatæ in pinnam ovatam.*
136. COTTUS Caput *corpore latius.*
137. SCORPÆNA Caput *cirris adspersum.*
138. ZEUS Labium *superius membrana transversa fornicatum.*
139. PLEURONECTES Oculi *ambo in latere altero capitis.*
140. CHÆTODON Dentes *setacei, confertissimi, flexiles.*
141. SPARUS Dentes *validi, incisores s. molares.*
142. LABRUS *Pinna* Dorsalis *ramento post spinas notata.*
143. SCIÆNA *Pinna* Dorsalis *in fossula recondenda.*
144. PERCA Opercula *branchiarum serrata.*
145. GASTEROSTEUS Cauda *lateribus carinata*; Spinæ *dorsales distinctæ.*

146. SCOM-

146. SCOMBER Cauda *lateribus carinata*; Pinnulæ *ſpuriæ plures.*
147. MULLUS Squamæ, *etiam capitis, laxæ.*
148. TRIGLA Digiti *diſtincti juxta pinnas pectorales.*

IV. ABDOMINALES.

149. COBITIS Corpus *vix ad Caudam anguſtatum.*
150. SILURUS Radius 1 *pinnarum Dorſalium Pectoraliumque dentatus.*
151. LORICARIA Corpus *cataphractum.*
152. SALMO *Pinna* Dorſalis *poſtica adipoſa.*
153. FISTULARIA Roſtrum *cylindricum operculo clauſile.*
154. ESOX Mandibula *inferior longior punctata.*
155. ARGENTINA Anus *caudæ vicinus.*
156. ATHERINA Faſcia *lateralis longitudinalis argentea.*
157. MUGIL Mandibula *inferior intus carinata.*
158. EXOCOETUS *Pinnæ* Pectorales *longitudine corporis.*
159. POLYNEMUS Digiti *diſtincti juxta pinnas pectorales.*
160. CLUPEA Abdomen *carinatum ſerratum.*
161. CYPRINUS *Membrana* Branchioſtega *triradiata.*

V. BRANCHIOSTEGI.

162. MORMYRUS Dentes *emarginati.* Squamæ *imbricatæ.*
163. BALISTES Dentes *utrinque octo.* *Pinna* Ventralis *ſolitaria.*
164. OSTRACION Dentes *utrinque plures.* Corpus *teſtâ oſſea.*
165. TETRODON Dentes *utrinque duo.* Abdomen *muricatum.*
166. DIODON Dentes *utrinque ſolitarii.* Corpus *echinatum.*
167. CENTRISCUS *Pinna* Ventralis *ſolitaria.* Corpus *loricatum ſpina.*
168. SYNGNATHUS *Pinnæ* Ventrales *nullæ.* Corpus *articulatum.*
169. PEGASUS *Pinnæ* Ventrales *binæ.* Corpus *articulatum.*

I. APODES.

119. MURÆNA. *Caput* læve. *Nares* tubulosæ. *Membrana branchiostega* radiis X, ejusque *Apertura* ad pinnas pectorales.
Corpus teretiusculum, lubricum.
Pinna caudæ coadunata dorsali anique.

Helena. 1. M. pinnis pectoralibus nullis.
Art. gen. 25. *syn.* 41. *Gron. mus.* 1. *n.* 16. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 319. Muræna pinnis pectoralibus carens.
Seb. mus. 2. *t.* 69. *f.* 4, 5.
Catesb. car. 2. *t.* 20, 21. Muræna maculata nigra, & viridis.
Habitat in Europæ, Americæ *Oceano.*
Cænarum Helena, Romæ in piscinis: natat ad magistrum delicata Muræna, Martial; Ved. Pollio damnata mancipia immergebat vivariis Muræna, ut in visceribus suis aliquid de Servorum suorum corpore gustaret. Plin. IX: 23. *Morsu infesta.*

Ophis. 2. M. cauda aptera cuspidata, corpore tereti.
Art. gen. 24. *syn.* 41. Muræna teres gracilis maculosa, cauda tereti cuspidata apterygia.
Habitat in Oceano Europæo.

Serpens. 3. M. cauda aptera acuta, corpore tereti.
Art. gen. 24. *syn.* 41. Muræna exacte teres, cauda acuta apterygia. D.--P.16.V.--A.--C.--
Habitat in Oceano Europæ *australis.*

4. M.

Angvilla. 4. M. maxilla inferiore longiore, corpore unicolore. D. 1000. P. 19. V. 0. A. 100. C. -
Art. ſpec. 66. *gen.* 24. *ſyn.* 39. *Fn. ſvec.* 290. Muræna unicolor, maxilla inferiore longiore.
Habitat in Europa; *maxima in lacu Cornachio Ferrarienſi; non fert Danubium.*
Nocturna; latet in cœno duplici foramine; coërcetur tronco albo Betulæ; cutis tenaciſſima; parit vivipara, ſub canicula. Act. Holm. 1750. *p.* 194.

Myrus. 5. M. pinna ambiente alba margine nigro.
Art. gen. 24. *ſyn.* 40. Muræna roſtro acuto lituris albis vario, margine pinnæ dorſalis nigro.
Habitat in Mari Mediterraneo.

Conger. 6. M. roſtro tentaculis duobus linea laterali ex punctis albida.
Art. gen. 24. *ſyn.* 40. Muræna ſupremo margine pinnæ dorſalis nigro.
Habitat in Oceano Europæo.

cæca. 7. M. apterygia, roſtro acutiuſculo.
Habitat in Mari Mediterraneo. *E. Brander.*
Corpus *Anguillæ absque omni pinna.* Aperturæ *branchiarum ſub collo.* Maxillæ *acuminatæ dentibus aceroſis.* Nares *tubuloſæ ſub roſtro.* Oculos *nullos video; ad occiput puncta 7 perforata; itidem 7 ſupra caput in medio, & anterius iterum quater duo.* Anus *propior capiti quam caudæ.*

120. GYMNOTUS. *Caput* operculis lateralibus.
Tentacula duo ad labium ſuperius.
Membr. branch. radiis V.
Corpus compreſſum, ſubtus pinna carinatum.

Carapo. 1. G. nudus, dorſo apterygio.
Art. gen. 25 *ſyn.* 43. *Amœn. acad.* 1. *p.* 318. *t.* 14. *f.* 6.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 76.
Gymnotus. B. 5. D. 0. P. 13. V. 0. A. 200. C. 0.
Habitat in America.
Abdomen carnoſo-carinatum; Pinna ani in caudæ apicem excurrente.

aſiaticus. 2. G. ſquamoſus, dorſo pinnato. D. 46. P. 14 V. 0. A. 28. C. 16.
Habitat in Aſia.
Piſcis *plus quam ſpithameus, craſſiuſculus, tectus ſquamis lævibus, rotundatis, diſtinctis, etiam ſupra caput, cui puncta* 5 *excavata, uti etiam aliquot in maxillis inferioribus.* Anus *in medio corporis.* Linea lateralis *elevata, recta, ſed deſcendens ſupra anum.* Color *obſcurus faſciis fuſcis. Puncta alba in pinna dorſali & poſtica parte corporis. Ob opercula lateraliter ampla aperienda & ob ſquamas nequit eſſe* Muræna; *pinna dorſalis incipit pone caput & extenditur fere ad caudam.* Caput *depreſſum, læviuſculum.* Tentacula 2 *truncata, ante nares poſita.* Membr. branch. 5. Corpus *ſubcylindricum, poſtice compreſſum.* Pinna *dorſi mox poſt nucham incipiens.*

121. TRICHIURUS. *Caput* porrectum, operculis lateralibus. *Dentes* ſubulati: anteriores conferti.
Membr. branch. radio I.
Corpus compreſſo-enſiforme.
Cauda ſubulata, aptera.

Lepturus. 1. TRICHIURUS.

Art.

Art. ſpec. 111. Lepturus. B.7. D.100. P.11. V.0. A.105. C.0.
Muſ. Ad Fr. 1. *p.* 76. *t.* 26.
f. 2. Lepturus. B.7. D.124. P.12. V.0. A.0. C.0.
Gron. muſ. 1. *n.* 47. Gymnaſter. B.7. D.138. P.11. V.0. A.0. C.0.
Brown. jam. 444. *t.* 45. *f.* 4. Gymnogaſter argenteus compreſſus, cauda attenuata impima.
Habitat in America, China.
Totus argenteus, exſiliens ex aquis ſæpe in Cymbam.

122. ANARHICHAS. *Caput* obtuſiuſculum. *Dentes* confertiſſimi, rotundati: antici VI, conici.
Membr. branch. rad. VI.
Corpus teretiuſculum. *Pinna* caudæ diſtincta.

Lupus. 1. ANARHICAS. *Art. gen.* 23. *ſyn.* 38.
Gron. muſ. 1. *n.* 44. Anarhicas. D.73. P.20. V.0. A.45. C.18.
Habitat in Oceano ſeptentrionali Angliæ, &c.
Lapis Buſonites ex hujus piſcis dente.

123. AMMODYTES. *Caput* compreſſum, corpore anguſtius. *Labium* ſuperius duplicatum. Mandibula inferior anguſta acuminata. *Dentes* aceroſi.
Memb. branch. rad. VII.
Corpus teretiuſculum ſquamis vix conſpicuis. *Cauda* diſtincta.

Tobias Tobbris

Tobianus. 1. AMMODYTES. *Art. gen.* 16. *ſyn.* 29. *ſpec.* 55. B.7. D.54. P.12. V.0. A.28. C.15.

Fn. ſuec. 303. Ammodytes. B. 7. D. 54. P. 13. V. 0. A. 28. C. 15.
It. ſcan. 141. Ammodytes. B. 5. D. 50. P. 12. V. 0. A. 26. C. 15.
It. œl. 87. Ammodytes. B. 7. D. 60. P. 15. V. 0. A. 32. C. 14.
Muſ. A. Fr. 1. *p.* 75. Ammodytes. B. 7. D. 60. P. 14. V. 0. A. 30. C. 16.
Habitat in Europæ *Oceano arenoſo, in gyrum contractus, e centro apice capitis arenam penetrat.*

124. STROMATEUS. *Caput* compreſſum. *Dentes* in maxillis, palato.
Membr. branch. radiis . . .
Corpus ovatum, lubricum; *Cauda* bifida.

Fiatola. 1. S. ſubfaſciatus.
Art. gen. 19. *ſyn.* 33. Stromateus. D. 46. P. 25. V. 0. A. 34. C. --
Habitat in Mari Mediterraneo, & Mari Rubro.
Piſcis pulchre variegatus; ventriculi duo.

Paru. 2. S. unicolor.
Sloan. jam. 2 *p.* 281. *t.* 250. *f.* 4. Paru braſilienſi congener. *Raj. piſc.* 51.
Habitat in America.

125. XIPHIAS. *Caput* maxilla ſuperiore terminatum roſtro enſiformi; *Os* edentulum.
Membr. branch. radiis VIII.
Corpus teretiuſculum.

Gladius. 1. XIPHIAS. *Art. gen.* 30. *ſyn.* 47. D. 41. P. 17. V. 0. A. 15. C. --
Habitat in Oceano Europæ.
Schelhameri Anatome Xiphii piſcis.

II. JU-

II. JUGULARES.

126. CALLIONYMUS. *Caput* labio ſuperiore duplicato; *Oculi* approximati.

Membr. branch. radiis V. (Gron.) *Aperturæ* laterales (ſæpius clauſæ, nucha foraminibus reſpirante).

Corpus nudum. *Pinnæ ventrales* remotiſſimæ.

Lyra. 1. C. dorſalis prioris radiis longitudine corporis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 71. Uranoſcopus. D.4,10. P.18. V.6. A.10. C.10.
Fn. ſuec. 283. Trachinus maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi priore altiſſima.
Gron. muſ. 1. *n.* 64. Uranoſcopus oſſiculo primo pinnæ dorſalis longitudine corporis. D.4,10. P.19. V.5. A.10. C.10.
Gron. Act. Upſ. 1740. *p.* 121. *t.* 8. Cottus oſſiculis pinnæ dorſalis longitudine corporis D.4,10. P.19. V.5. A.10. C.10.
Act. angl. 293. *p.* 1749. Gurnardus luteus.
Habitat in Mari Atlantico.

Dracunculus. 2. C. dorſalis prioris radiis corpore brevioribus.
Gron. muſ. 1. *n.* 63. Uranoſcopus oſſiculo primo pinnæ dorſalis primæ unciali. D. 4,9. P. 20. V. 5. A. 9. C. 10.

Art gen. 49 *syn.* 77. Cottus pinna secunda dorsi alba. D. 4,10. P. 12. V. 6. A. 9. C. 12.
Habitat Genuæ, Romæ.

indicus. 3. C. capite lævi longitudinaliter rugoso, operculis latere aperiendis. B. 7. D. $\frac{1}{7}$,13. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. 13. C. 11.
Habitat in Asia. *Mus. Ac. Holmens.*
Caput *depressum*, *supra longitudinaliter rugosum*. Maxilla inferior *paulo longior*. Os *scabrum*. Lingua *obtusa*, *emarginata*. Aperturæ *branchiarum magnæ*, *laterales*. Opercula *anteriora spina gemina*; *postica spina solitaria*. Corpus *valde depressum*, *lividum*. Anus *in medio*. *Radius primus* P. dorsalis *prioris brevissimus*, *remotus*. P. ventrales *valde distantes*. Piscis *medius quasi inter Callionymum*, *Uranoscopum & Trachinum*.

127. URANOSCOPUS. *Caput* depressum, scabrum, majus. *Os* simum; maxilla superiore breviore.
Membr. branch. rad. V, papilloso-dentata. *Opercula* membranaceo-ciliata.
Corpus: anus in medio.

scaber. 1 URANOSCOPUS. D. 4,14. P. 16. V. 5. A. 13. C. 12.
Art. gen. 42. *syn.* 71. Trachinus cirris multis in maxilla inferiore. D. 3,14. P. 16. V. 5. A. 13. C. --
Habitat in Mari Mediterraneo.
Caput *scabrum*, *depressum*. Pinna dorsi *prior nigra*.

128. TRACHINUS. *Caput* minus læve, compressum.
Membr. branch. rad. VI; operculorum *lamina* inferiore serrata.
Corpus: anus prope pectus.

Draco. 1. TRACHINUS. *It. scan.* 325.

Art.

Art. gen. 42. *ſyn.* 70. *Fn. ſuec.* 282. Trachinus maxilla inferiore longiore, cirris deſtituta. D.5,31. P.16. V.6. A.32. C.12.

Gron. muſ. 1. *n.* 97. Idem nomen. D.6,30. P.15. V.6 A.34. C.--

Gron. Act. Upſ. 1742. *p.* 95. Idem nomen. D.6,30 P.16. V.6. A.30. C.12.

Habitat in Oceano *ſeptentrionali.*

Spinæ P. dorſalis prioris pungunt venenatiſſimæ. Barth. act. 3. *obſ.* 84.

129. GADUS. *Caput* læve.

Membr. branch. rad. VII, teretibus.

Corpus oblongum ſquamis deciduis.

Pinnæ omnes cute communi veſtitæ: dorſales anique plures: radiis muricis. *Pectorales* in acumen attenuatæ.

* *Pinnis dorſalibus tribus, ore cirroſo.*

Ægleſinus. 1. G. tripterygius cirratus albicans, cauda biloba, maxilla ſuperiore longiore. *Fn. ſuec.* 297.

Art. gen. 20. *ſyn.* 36. *ſpec.* 64. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla ſuperiore longiore, cauda parum bifurca.

Gron muſ. 1. *n.* 59. Idem nomen.

It. ſcan. 325. Gadus Kolja. D.15,20,19. P.18. V.6. A.24,21. C.--

It. Wgot. 178. Gadus dorſo tripterygio, ore papilloſo. D.16,18,20. P.17. V.6. A.22,21. C.23.

Habitat in Oceano Europæo.

2. G.

Callarias. 2. G. tripterygius cirratus varius, cauda integra, maxilla ſuperiore longiore.
Fn. ſvec. 293. D.15,19,19.P.20.V.6.A.18,18.C.23.
Art. gen. 16. *ſyn.* 35. *ſpec.* 63. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, colore vario, maxilla ſuperiore longiore, cauda æquali. D.15,19,18.P.20.V.6.A.19,17.C.--
Gron. muſ. 1. *n.* 58. idem. D.15,19,18.P.10.V.6.A.16,16.C.--
It. œl. 87. Gadus balthicus Torſk. D.14,19,17.P.17.V.6.A.20,16.C.--
It. ſcan. 220. Gadus Callarias balthicus. D.15,19,17.P.18.V.6.A.17,16.C.24.
Habitat in Oceano Europæo & Balthico.

Morhua. 3. G. tripterygius cirratus, cauda ſubæquali, radio primo anali ſpinoſo. *Fn. ſvec.* 295.
Art. ſyn. 35. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, cauda æquali fere cum radio primo ſpinoſo.
It. Wgot. 176. Gadus Kabbeljå. D.15,20,16.P.20.V.6.A.21.16.C.--
Habitat in Oceano Europæo.
Ova quotannis 9344000 *ponit. Leuwenh.*

luſcus. 4. G. tripterygius cirratus, radio ventralium primo ſetaceo. D.13,23,18.P.11.V.6.A.31.18,C.17.
Art. gen. 21. *ſyn.* 35. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, officulo pinnarum ventralium primo in ſetam longam producto.
Habitat in Oceano Europæo.

barbatus. 5. G. tripterygius cirratus, maxilla inferiore punctis utrinque ſeptem.

Art.

Art. gen. 21. *ſyn.* 37. *ſpec.* 65. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, longitudine ad latitudinem tripla, pinna ani prima officulorum 30. D.13,24,21.P.19.V.6.A.30,21.C.--

Art. ſyn. 111. Phycis (*ſecundum D. Kæhlerum*). D.12,18,14.P.14.V.5.A.25,16.C.30.

It. Wgot. 177. Gadus Torſk. D.12,20,20.P.18.V.6.A.19,19.C.40.

It. Wgot. 178. Gadus linea excavata pone caput. D.13,17,19.P.18.V.6.A.18,17.C.--

Habitat in Oceano Europæo.

Fico *Romanis hodie, cirro in mento, puncta maxillæ inferioris utrinque* 7; *macula fuſca ad pin. pectorales. D. Kæhler.*

minutus. 6. G. tripterygius cirratus, ano in medio corporis.

Art. gen. 21. *ſyn.* 36. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore ſeſcunciali, ano in medio corporis. D.12,19,17.P.13.V.6.A.27,17.C.--

Habitat in M. Mediterraneo.

* * *Pinnis dorſalibus tribus, ore imberbi.*

virens. 7. G. tripterygius imberbis, dorſo virescente. *Fn. ſuec.* 296. D.13,20,19.P.17.V.6.A.24,20.C.--

Gron. Act. Upſ. 1742. *p.* 90. Idem. D.13,20,19.P.17.V.6.A.24,20.C.40.

Habitat in Oceano Europæo.

Merlangus. 8. G. tripterygius imberbis albus, maxilla ſuperiore longiore. *Fn. ſuec.* 294.

Art. gen. 19. *ſyn.* 34. *ſpec.* 62. Gadus dorſo tripterygio, ore imberbi, corpore albo, maxilla ſuperiore longiore. D.14,21,20.P.21.V.6.A.33,23.C.31.

Gron.

Gron. muſ. 1. *n.* 55. Idem.
D 14,23,18.P.16.V.4.A.28,19.C.--
It. ſcan. 326. *t.* 2. *f.* 2. Gadus Hvitling D 14,18,10.P.20.V.6.A.30.20.C.--
It. Wgot. 176. Gadus Hvitling. D.14,20,20.P.17.V.6.A.30.22.C.--
Habitat in Oceano Europæo.

Carbonarius. 9. G. tripterygius imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali recta.
Art. gen. 20. *ſyn.* 34. Gadus dorſo tripterygio imberbi, maxilla inferiore longiore linea laterali recta. D.14,20,22.P.18.V.6.A.22,19.C.--
Habitat in Oceano Europæo.

Pollachius. 10. G. tripterygius imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva.
Art. gen. 20. *ſyn.* 35. Gadus dorſo tripterygio imberbi, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. D.11,19,16.P.17.V.6.A.16,18.C.--
Gron. muſ. 1. *n.* 57. Idem.
D.13,17,23.P.17.V.6.A.24,23.C.--
It. Wgot. 177. Gadus Lyrbick ſ. Zaj. D.13,19,18.P.16.V.6.A.27,18.C.--
Habitat in Oceano Europæo.

* * * *Pinnis dorſalibus duabus.*

Merluccius. 11. G. dipterygius cirratus, maxilla inferiore longiore. D 10,39.P.12.V.7.A.38.C.22.
Art. gen. 22. *ſyn.* 36. Gadus dorſo dipterygio, maxilla inferiore longiore. D.9,40.P.12.V.7.A.39.C.--
Habitat in Oceano.

Molva. 12. G. dipterygius cirratus, maxilla ſuperiore longiore.

Art.

Art. gen. 22. *ſyn.* 36. Gadus dorſo dipterygio, ore cirrato, maxilla ſuperiore longiore. D.15,65. P.15. V.6. A.62. C.--
It. W'got. 177. Gadus Longus. D.15,63. P.20. V.6. A.60. C.--
Habitat in Oceano Europæo.

Lota. 13. G. dipterygius cirratus, maxillis æqualibus. *Fn. ſuec.* 292.
Art. gen. 22. *ſyn.* 38. Gadus dorſo dipterygio, ore cirrato, maxillis æqualibus. D.13,76. P.21. V.7. A.55. C.--
Art. ſpec. 107. Silurus cirro in mento unico. D.13,76. P.21. V.7. A.55. C.30.
Habitat in lacubus Europæis.

Muſtela. 14. G. dipterygius cirratus, cirris 5, pinna dorſali priore exoleta.
Muſ. Ad. Fr. t. p. 75. Gadus dorſo dipterygio, cirris maxillæ ſuperioris 4, inferioris 1. D.1,42. P.14. V.7. A.40. C.--
Art. gen. 22. *ſyn.* 37. G. dorſo dipterygio, ſulco ad pinnam dorſi primam, ore cirrato. D.1,56. P.--V.7. A.47. C.--
Gron. Act. Upſ. 1742. *p.* 93. *t.* 3. Idem. B.7. D.1,48. P.16. V.7. A.43. C.25.
Habitat in Oceano Europæo.

* * * * *Pinna dorſali unica.*

mediterraneus. 15. G. monopterygius cirratus, maxilla ſuperiore cirris duobus, inferiore unico. D.54. P.15. V.2. A.44. C.--
Habitat in Oceano Europæo.

130. BLENNIUS. *Caput* declive, tectum. *Membr. branch.* rad. VI. *Corpus* lanceolatum. *Pinnæ ventrales* didactylæ, muticæ. Pinna ani distincta.

* *Caput cristatum.*

Galerita. 1. B. crista capitis transversa cutacea. *Art. gen.* 27. *syn.* 44.
Habitat in Oceano Europæo.

cristatus. 2. B. crista setacea longitudinali inter oculos. *Gron. mus.* 1. *n.* 75. B. 5. D. 26. P. 14. V. 3. A. 16. C. 11.
Habitat in Indiis.

cornutus. 3. B. radio simplici supra oculos, pinna dorsali solitaria. *Mus. Ad. Fr.* 2. *p.* . D. 33. P. 15. V. 2. A. 23. C. 12.
Amœn. acad. 1. *p.* 316. Blennius pinnis ocularibus subulatis, pinna ani officulorum XXVI. D. 34. P. 15. V. 2. A. 25. C. 11.
Habitat in India.

ocellaris. 4. B. radio simplici supra oculos, pinna dorsali anteriore ocello ornata. *Mus. Ad. Fr.* 2. *p.* D. 11, 15. P. 12. V. 2. A. 16. C. 11.
Art. gen. 26. *syn.* 44. Blennius sulco inter oculos, macula magna in pinna dorsali. D. -- P. 12. V. 2. A. 17. C. 26.
Habitat in Europa.

Gattorugine. 5. B. pinnulis superciliorum nuchæque palmatis. D. 30. P. 13. V. 2. A. 21. C. 12.
Mus. Ad. Fr. 1. *p.* 68. Blennius vertice superciliisque ciliato cristatis. D. $\frac{18}{30}$. P. 14. V. 2. A. 20. C. 13.

Art.

Art. gen. 26. *syn.* 44 Blennius pinnulis 2. ad oculos, pinna ani officulorum XXIII. D. $\frac{12}{31}$. P. 14. V. 2. A. 23. C. 12.

Habitat in Europa.

superciliosus. 6. B. pinnulis superciliorum palmatis, linea laterali curva.

Amœn. acad. 1. *p.* 317. Blennius pinnulis ocularibus breviſſimis palmatis, linea laterali curva. D. $\frac{34}{40}$. P. 12. V. 2. A. 26. C. 12.

Gron. muſ. 2. *n.* 172. *t.* 5. *f.* 5. Blennius officulis anterioribus pinnæ dorſalis majoribus. D. $\frac{36}{44}$. P. 15. V. 2. A. 28. C. 12.

Habitat in India.

* * *Caput absque criſtis.*

Pholis. 7. B. capite lævi, linea laterali curva ſubbifida. D. $\frac{12}{38}$. P. 14. V. 2. A. 19. C. 10.

Art. gen. 27. *ſyn.* 44. (& *Pholis*) 116. Blennius capite, ſummo acuminato, maxilla ſuperiore longiore. D. 36. P. -- V. 2. A. 28. C. --

Gron. muſ. 2. *n.* 175. idem. B. 6. D. $\frac{12}{37}$. P. 13. V. 2. A. 19. C. 10.

Habitat in Oceano & Mari Mediterraneo.

Gunnellus. 8. B. pinna dorſali ocellis X nigris, *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. D. 77. P. 10. V. 2. A. 43. C. 16.

Art. gen. 27. *ſyn.* 45. Blennius maculis circiter X nigris, limbo albo, utrinque ad pinnam dorſalem. D. 78. P. 11. V. 2. A. $\frac{2}{40}$. C. --

Habitat in Oceano Atlantico.

muſtelaris. 9. B. pinna dorſali anteriore triradiata. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. D. 3,43. P. 17. V. 2. A. 29. C. 13.

β. B. pinna dorſi anteriore radiis 3, poſteriore 40. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. D. 3, 40. P. 16. V. 2. A. 28. C. 12.
Habitat in India.

vivipa-rus. 10. B. ore tentaculis duobus.
Art. ſyn. 45. Blennius capite dorſoque fuſco-flaveſcente lituris nigris, pinna ani flava.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 69. idem. D. 80. P. 19. V. 2. A. 66. C. --
Gron. muſ. 1. *p.* 65. idem. D. -- P. 19. V. 2. A. -- C. --
Gron. Act. Upſ. 1742. *p.* 87. idem. D. -- P. 19. V. 2. A. -- C. --
Act. Stockh. 1748. *p.* 32. *t.* 2. Tånglake. D. 79. P. 20. V. 2. A. 70. --
Habitat in M. Europæo.
Vivos parit fœtus, quod ſingulare.

Lumpe-nus. 11. B. corpore areolis dorſalibus fuſcis.
Art. ſyn. 45. Blennius cirris ſub gula pinniformibus quaſi bifidis, areolis dorſi transverſis.
Habitat in Europa.

raninus. 12. B. pinnis ventralibus ſubſexfidis, cirro gulari. D. 66. P. 22. V. $\frac{2}{6}$. A. 60. C. 30.
Habitat in Sveciæ *lacubus.*
Cum radii pinnarum ventralium quidem 6, *ſed* 2 *primores in utraque ſetacei ſint, & tamquam veri habendi, poterit forte piſcis ad hoc genus referri ob habitum cum duobus præcedentibus.*

131. OPHIDION. *Caput* nudiuſculum.
Membr. branch. patula radiis V.
Corpus enſiforme. *Pinna* dorſalis anique unita caudæ Pinnæ *ventrales* radiis duobus: exteriore ſpinoſo.

barbatum. 1. O. maxilla ſuperiore cirris quatuor. *Art. gen.* 25. *ſyn.* 42.
Habitat in Europa *auſtrali.*

imberbe. 2. O. maxillis imberbibus, cauda obtuſiuſcula.
Art. gen. 25. *ſyn.* 42. Ophidion cirris carens.
Fn. ſuec. 289. Idem nomen.
Habitat in Europa. D. 79. P. 11. V. 2. A. 41. C. 18.

macrophthalmum. 3. O. maxillis imberbibus, pinna caudæ acuminata. D. 69. P. 15. V. 6. A. 62. C. 12.
Habitat in M. Mediterraneo. *E. Brander.*

III. THORACICI.

132. CYCLOPTERUS. *Caput* obtusum. Maxillæ denticulatæ.
Membr. branch. radiis IV.
Corpus squamis osseis distantibus angulatum. *Pinnæ ventrales* connatæ in rotatam.

Lumpus. 1. C. corpore squamis osseis angulato. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 57.
Fn. suec. 275. *It. scan.* 188. Cyclopterus. D.0: 21. P. 20. V. 6. A. 10. C. 9.
Art. gen. 62. *syn.* 87. Cyclopterus.
Gron. mus. n. 127. Cyclopterus. D. 21. P. 20. V. 15. A. 10. C. 12.
Habitat in Oceano Balthico & Septentrionali.
Affinitas summa cum cartilaginoso Acipensere.

nudus. 2. C. corpore nudo. *Mus. Ad. Fr.* 1. *p.* 57. *t.* 27. *f.* 1. B. 1. D. 6. P. 21. V. 4. A. --C. 10.
Habitat in India.

133. ECHENEIS. *Caput* pingue, nudum, depressum: supra planum, marginatum, transverse sulcato-serratum.
Membr. branch. radiis X.
Corpus nudum.

Remora. 1. E. cauda bifurca, striis capitis 18.
Amœn. acad. 1. *p.* 320. Echeneis. D. 22. P. 28. V. 5. A. 22. C. 16.
Art. gen. 15. *syn.* 28. Echeneis.

Gron.

Gron. muſ. 1. *n.* 33. Echeneis. D. 22. P. 25. V. 6. A. 22. C. 17.
Catesb. carol. 2. *t.* 26. Remora.
Habitat in Pelago Indico.
Capitis clypeo eâdem aliis.

Neucrates. 2. E. cauda integra, ſtriis capitis 24. D. 37. P. 21. V. 5. A. 37. C. 16.
Valliſn. nat. 1. *t.* 44.
Haſſelqv. itin. 324. *n.* 68. Echeneis Naucrates.
Habitat in Pelago Indico.
Differt a præcedenti cauda longiore, corpore majore, pinnis acutioribus.

134. CORYPHÆNA. *Caput* maxime truncato-declive.

Membr. branch. radiis V.
Corpus: Pinna dorſalis longitudine Dorſi.

Hippurus. 1. C. cauda bifida, radiis dorſalibus LX. *Lœfl. epiſt.* D. 60. P. 21. V. 6. A. 26. C. 18.
Osbeck itin. 307. B. 10. D. 60. P. 19. V. 6. A. 27. C. 20.
Art. gen. 15. *ſyn.* 29. Coryphæna cauda bifida. D. - - P. 20. V. 6. A. - - C. 18.
Habitat in Pelago; *Nautis* Dorado *dictus a colore ſplendidiſſimo.*

Equiſelis. 2. C. cauda bifurca, radiis dorſalibus LIII.
Osb. itin. 308. Dorado. B. 6. D. 53. P. 19. V. 6. A. 23. C. 20.
Marcgr. braſ. 160. Guaracapema.
Habitat in alto Pelago.
Pulcherrimus, a priori parum diſtinctus.

pentadactyla. 3. C. maculis nigris quinis verſus caput longitudinalibus.
Act. Stockh. 1740. *p.* 460. *t.* 3. *f.* 2. Blennius maculis

culis 5 utrinque verſus caput ni_ris. B.4. D.$\frac{9}{21}$.P.11.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{14}$.C.13.

Valent. amb. 5. p. 435. t. 292. Rievier Dolfyn.

Will. icht. app. 7. t. 8. f. 2.

Habitat in India.

Novacula. 4. C. capite pinnisque cancellatis lineis cæruleſcentibus.

Art. gen. 15 *ſyn.* 29. Coryphæna palmaris pulchre varia, dorſo acuto.

Habitat in M. Mediterraneo.

Pompilus. 5. C. dorſo ſupra lineam lateralem curvam faſciolis flaveſcentibus picto. B.5. D.$\frac{8}{33}$.P.14.V.6.A.$\frac{2}{14}$.C.16.

Art gen. 16 *ſyn.* 29. Coryphæna cauda æquali, linea laterali curva.

Habitat in Pelago.

Corpus *pingue*, *poſtice attenuatum*. Linea lateralis *curva*, *flaveſcens*. Caput *obtuſum*. Maxilla *inferior adſcendens*. Os *valde dehiſcens*, *maxillis latere cohærentibus*, *intus ſcabrum*. Capitis *latera cavernoſa dentata*. Pinna dorſalis *prior unita poſteriori*. Pinnæ pectorales *admodum acuminatæ*.

135. GOBIUS. *Caput* poris 2 inter oculos approximatos : altero anteriore.

Membr. branch radiis IV.

Pinnæ ventrales unitæ in ovatam 12-radiatam.

niger. 1. G. pinna dorſi ſecunda radiis quatuordecim. D.6,14. P.18.V.10.A.11.C.14.

Art. gen 28 *ſyn.* 46. Gobius e nigricante varius, pinna dorſi ſecunda oſſiculorum 14. D. 6,14. P. 17. -- A. 14. C. --

Muſ. Ad. Fr. 1. p. 74. idem.

Osbeck. iter. 131. Apocryptes cantonenſis. D.6,14.P.10.V.12.A.13.C.18.
Habitat in Europa, Aſia.

Paganellus. 2. G. pinna caudæ dorſalique ſecunda baſi purpuraſcente, priori linea lutea terminali.
Art. gen. 29. *ſyn.* 46. Gobius linea lutea transverſa, in ſummo pinnæ dorſalis primæ.
Haſſelqv. itin. 326. Gobius Paganellus. D.6,17.P.17.V.12.A.16.C.20.
Habitat in Mari Mediterraneo.

Eleotris. 3. G. pinna ani radiis novem.
Chin. Lagerſtr. 28. B.5.D.6,11.P.20.V.10.A.9.C.10.
Osbeck. iter. 260. Gobius chinenſis B.5.D.6,11.P.18.V.8.A.8.C.12.
Amœn. acad. 1. *p.* 311. Trachinus capite inermi nudo, pinnis pectoralibus coadunatis. D.6,10.P.16.V.12.A.10.C.14.
Gron. muſ. 2. *n.* 169. Eleotris pinnis ventralibus concretis ? D.6,12.P.--V.10.A.9.C.--
Habitat in China.

Aphya. 4. G. faſciis etiam pinnarum fuſcis. D.6,16.P.18.V.12.A.14.C.13.
Art. gen. 29. *ſyn.* 49. Gobius uncialis pinna dorſi ſecunda officulorum 17. D.6,17.P.17.V.6.A.11.C.--
Habitat in Nilo.

Jozo. 5. G. radiis dorſalibus eminentibus ſetaceis. D.6,13.P.16.V.12.A.13.C.14.
Art. Gen. 29. *ſyn.* 47. Gobius pinna ventrali cærulea, officulis pinnæ dorſalis ſupra membranam aſſurgentibus.
Habitat in Europa *auſtrali.*

pctiniculoris. 6. G. dentibus maxillæ inferioris horizontalibus.
Chin. Lagerſtr 29. *f.* 3. D.5,26.P.19.V.12.A.25.C.15.
Osbeck. iter. 130. Apocryptes chinenſis. B.5.D.5,26.P.18.V.10.A.26.C.--
Habitat in China.

anguillaris. 7. G. pinna dorſali unica.. D.52 P.12.V.10.A.43.C.12.
Habitat in China.
Corpus lubricum Anguillæ pingue, ſubdiaphana cute ut venæ transpareant. Pinnæ omnes rubræ: Dorſalis & Ani in caudam excurrentes. Os ſimum dentibus exſertum. Pinnæ pectorales valde parvæ, rotundatæ.

136. COTTUS. *Caput* corpore latius ſpinoſum. *Membr. branch.* radiis VI. *Corpus* . . .

cataphractus. 1. C. loricatus; roſtro verrucis 2 bifidis, capite ſubtus cirroſo.
Art. gen. 49. *ſyn.* 77. *ſpec.* 87. Cottus cirris plurimis, corpore octagono. D. $\frac{5}{12}$. P. 15. V. $\frac{1}{3}$. A. 6. C. 11.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 70. idem. D.5,7.P.16.V.2.A.7.C.11.
Habitat in M. Europæo.

quadricornis. 2. C. verrucis capitis 4 oſſeis. *Fn. ſuec.* 278. *Syſt. nat.* 6. *p.* 47. *t.* 4. *f.* 3. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 70. *t.* 3ª. *f.* 4.
Art. gen. 48. *ſpec.* 84. Cottus ſcaber, tuberculis 4 corniformibus in medio capite. D.9,14.P.17.V.4.A.14.C.12.
Habitat in M. Balthico.

grunniens. 3. C. gula ramentis villoſa, corpore nudo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* D.2,26.P.18.V.$\frac{1}{3}$.A.22.C.12.
Varietas alia. D.2,21.P.22.V.$\frac{1}{3}$.A.16.C.12.

Gron.

Gron. muſ. 1. *n.* 106 Cottus alepidotus varius, maxilla inferiore longiore multum cirrata. D. $\frac{3}{25}$. P. 23. V. 3. A. 19. C. 15.

Marcgr. braſ. 178. Nigvi.

Will. icht. app. t. 4. *f.* 1. Gallus grunniens.

Habitat in America.

ſcaber. 4. C. capite ſtriis corporisque ſquamis ſerratis, linea laterali elevata. B. 7. D. 9, 11. P. 2. V. $\frac{1}{6}$. A. 11. C. 12.

Habitat . .

Scorpius. 5. C. capite ſpinis pluribus, maxilla ſuperiore paulo longiore.

It. ſcan. 325. Ulka. D. 9, 16. P. 16. V. 3. A. 12. C. 12.

Art. gen. 49. *ſyn.* 77. *ſpec.* 86. *Fn. ſuec.* 280 Cottus alepidotus, capite polyacantho, maxilla ſuperiore paulo longiore. D. 7, 17. P. 14. V. 4. A. 13. C. 8.

Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 70. Cottus idem. D 10. 14.

Gron. muſ. 1. *n.* 104. idem. D. 10, 14. P. 16. V. 4. A. 10. C. 12.

Habitat in Oceano Europæo.

Gobio. 6. C. lævis, capite ſpinis duabus.

Art. gen. 48. *ſyn.* 76. *ſpec.* 82. Cottus alepidotus glaber, capite diacantho. D. 7, 17. P. 14. V. 4. A. 13. C. 8.

Fn. ſuec. 279. idem. D. 7, 18. P. 14. V. 4. A. 13. C. 10.

Gron. muſ. 2. *n.* 166. Uranoſcopus capite utrinque monacanthio. D. 7, 18. P. 14. V. 4. A. 12. C. 13.

Habitat in Europæ *fluviis.*

Nidum in fundo format, ovis incubat.

137. SCORPÆNA. *Caput* magnum, aculeatum: *Oculi* vicini. *Dentes* maxillis, palato faucibusque. *Membr. branch.* radiis VII. *Corpus* . . .

Porcus. 1. S. cirri ad oculos nares-
que. D. $\frac{12}{22}$. P. 18. V. 7. A. $\frac{3}{8}$. C. 15.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 68. Zeus cirris ſupra oculos & nares. D. $\frac{12}{21}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 12.
Art. gen. 47. *ſyn.* 75. Scorpæna pinnulis ad oculos & nares. D. $\frac{12}{17}$. P. 16. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{3}{8}$. C. - -
Haſſelqv. itin. 330. idem. D. $\frac{12}{17}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{8}$. C. 13.
Habitat in M. Mediterraneo, Oceano.

Scrofa. 2. S. cirris ad labium inferius.
Art. gen. 47. *ſyn.* 76. Scorpæna tota rubens, cirris plurimis ad os. D. - - P. 19. V. - - A. - - C. - -
Gron. muſ. 1. *n.* 203. Scorpæna capite cavernoſo, cirris geminis in maxilla inferiore? D. $\frac{12}{22}$. P. 15. V. - - A. 6. C. 13.
Habitat in M. Mediterraneo.

138. ZEUS. *Caput* compreſſum, declive: *Lab. ſuperius* membrana transverſa fornicata. *Lingua* ſubulata.
Membr. branch. radiis VII perpendicularibus: infimo transverſo.
Corpus compreſſum.

Vomer. 1. Z. cauda bifurca, ſpina ante pinnam ani decumbente.
Brown. jam. 454. Rhomboida alepidota argentea, pinnis omnibus brevibus.

Muſ.

Muſ. Ad Fr. 1. *p.* 66. *t.* 31. *f.* 9. Zeus cauda bifurca. D.S.$\frac{1}{22}$.P.18.V.4.A.$\frac{1}{19}$.C.20.

Habitat in America.

Color *argenteus.* Pinna dorſi *anterior radiis* 4: *poſterioribus diſtinctis breviſſimis ſpinoſis; ſpinæ* 2. *pone anum.* Linea lateralis *valde curva.*

Gallus. 2. Z. radio dorſali decimo analique ſecundo corpore longioribus.
Arted. gen. 35. *ſyn.* 78. Zeus cauda bifurca.
Gron. muſ. 1. *n.* 108. idem. D.$\frac{9}{31}$.P.20.V.6.A.$\frac{1}{20}$.C.17.
Brown. jam. 455. Rhomboida major alepidota, radiis anterioribus pinnæ dorſalis & ani longiſſimis.
Marcgr. braſ. 161. Abucatuia
Habitat in America.

Faber. 3. Z cauda rotundata, lateribus mediis ocello fuſco. D.10,23.P.13.V.$\frac{1}{6}$.A.4,$\frac{4}{27}$.C.13.
Art. gen. 50. *ſyn.* 78 Zeus ventre aculeato, cauda in extremo circinata. D 10,24.P.14.V.$\frac{1}{7}$.A.$\frac{4}{26}$.C. --
Muſ. Ad. Fr. 1 *p.* 67. *t* 31. *f.* 2. Zeus ventre aculeato, cauda rotundata. D.10,23. P.13. V.$\frac{1}{7}$.A.21.C.15.
Gron. muſ. 1. *n.* 107. idem. D.10,21.P.13.V.7.A.4,22.C.14.
Habitat in Pelago.

Aper. 4. Z. cauda æquali, corpore rubente
Art. gen. 50. *ſyn.* 78. Zeus cauda æquali totus rubens, roſtro reflexo. D.9,23.P.14.V.$\frac{1}{6}$.A.$\frac{3}{26}$.C. --
Habitat Romæ, Genuæ.

139. PLEURONECTES.(*) *Caput*: *Oculi* ambo in eodem latere capitis. *Membr. branch.* radiis IV - VII. *Corpus* compreſſum, latere altero dorſum, altero abdomen referente.

* *Oculis a latere dextro.*

Achirus. 1. P. oculis dextris, corpore glabro, pinnis pectoralibus nullis. *Gron. muſ.* 1. *n.* 42. D. 60. P. 0. V. 4. A. 48. C. 16.
Habitat Surinami.
Corpus *brunneum lineis nigris transverſis raris.* Latus *ſiniſtrum capitis cirroſum.*

trichodactylus. 2. P. oculis dextris, corpore aſpero, pinnis pectoralibus filiformibus. D. 53. P. 4. V. 5. A. 43. C. 16.
Art. gen. 18. *ſyn.* 33. *ſpec.* 60. Pleuronectes aſper caneſcens, pinnis lateralibus vix conſpicuis.
Habitat in Amboina.
Corpus *fuſcum, maculis obſcuris varium.*

lineatus. 3. P. oculis dextris, lineis lateralibus ſeptem transverſis.
Pleuronectes fuſcus ſubrotundus glaber, lineis ſeptem nigris transverſalibus inter pinnam pectoralem & caudam. *Brown. jam.* 445.

Paſſer

(*) Pleuronectes *inter omnia animalia ſingularis oculis ambobus ab eodem latere capitis & corpore latere altero ſuperiore colorato, altero inferiore pallido, natatu obliquo.*

Paſſer lineis transverſis notatus. *Sloan. jam* 2. *p.* 277. *t.* 246. *f.* 2. *Raj. piſc.* 157.
Habitat in America.

ocellatus. 4. P. oculis dextris, corpore ocellis 4 atris iridibus albis. D. 66. P. 3. V. 6. A. 55. C. 14.
Habitat Surinami:
Pinna dorſalis plicata. Pinna caudæ faſcia nigra.

lunatus. 5. P. oculis dextris, punctis ocellisque dimidiatis cæruleis ſparſis.
Catesb. car. 2. *p.* 27. *t.* 27. Solea lunata & punctata.
Habitat in America *Septentrionali.*

Hippogloſſus. 6. P. oculis dextris, corpore toto glabro. *Fn. ſvec.* 302. *Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra totus glaber. D. 105. P. 15. V. 6. A. 79. C. --
Gron. muſ. 2. *n.* 158. idem. D. 102. P. 16. V. 6. A. 78. C. 19.
Habitat in Oceano Europæo.

Cynogloſſus. 7. P. oculis dextris, corpore oblongo glabro, dentibus obtuſis, cauda ſubrotunda. *Gron. muſ.* 1. *n.* 39. D. 112. P. 11. V. 6. A. 102. C. 24.
Habitat in Oceano Belgium *alluente.*

Plateſſa. 8. P. oculis dextris, corpore glabro, tuberculis 6 capitis. *Fn. ſvec.* 301.
Art. gen. 17. *ſyn.* 30. Pleuronectes oculis & tuberculis 6 in dextra capitis, lateribus glabris, ſpina ad anum. D. 77. P. 12. V. 6. A. 55. C. --
It. Wgot. 179. nomen Fn. ſvec. D. 74. P. 11:6. V. 6. A. 54. C. 20.
It. ſcan. 326. Pleuronectes Slätvar. D. 76. P. 12. V. 6. A. 54. C. 17.

Gron.

Gron muſ. 1. *n.* 36 nom. Aited. D. 72. P. 12. V. 6. A. 51. C. 20.
Habitat in M. Europæo.

Fleſus. 9. P. oculis dextris, linea laterali aſpera, ſpinulis ad pinnas. *Fn. ſv.* 300. D. 55. P. 11. V. 6. A. 40. C. 14.
Art. gen. 17. *ſyn.* 33. Pleuronectes oculis a dextris, linea laterali aſpera, ſpinulis ſuperne ad radices pinnarum, dentibus obtuſis.
Art. ſpec. 59. Pleuronectes linea laterali aſpera, ſpinulis ad radices pinnarum in latere oculato. D. 61. P. 12. V. 6. A. 42. C. 19.
Gron. muſ. 1. *n.* 40. idem. D. 62. P. 12. V. 6. A. 43 C. 14.
It. ſcan. 326. idem. D. 54. P. 11:10. V. 6. A. 41. C. 17.
Habitat in M. Europæo.

Limanda. 10. P. oculis dextris, ſquamis aſperis, ſpina ad anum, dentibus obtuſis.
Art. gen. 17. *ſyn.* 33. D. 79. P. 12. V. 6. A. 60. C. --
Habitat in M Europæo.

Solea. 11. P. oculis dextris, corpore aſpero oblongo, maxilla ſuperiore longiore.
Art. gen. 18. *ſyn.* 32. *ſpec.* 60. Pleuronectes maxilla ſuperiore longiore, corpore oblongo, ſquamis utrinque aſperis. D. 91. P. 9. V. 5. A. 74. C. 14.
Fn. ſuec. 299. idem.
It. Wgot. 178. Pleuronectes Tunga. D. 71. P. 8:7. V. 5. A. 40. C. 40.
Habitat in M. Europæo.

Linguatula. 12. P. oculis dextris, ano ſiniſtro, dentibus acutis.
Art. gen. 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra,

ano

ano ad latus ſiniſtrum, dentibus acutis. D. 65. P. 9. V. -- A. 45. C. --
Gron. muſ. 1. *n.* 41. idem. D. 68. P. 10. V. 6. A. 55. C. 19.
Habitat in M. Europæo.

* * *Oculis a latere ſiniſtro.*

Rhombus. 13. P. oculis ſiniſtris, corpore glabro. *Art. gen.* 18. *ſyn.* 31. D. 76. P. 10. V. 6. A. 57. C --
It. Wgot. 178. Pleuronectes Pigghvarf. D. 71. P. 12. V. 6. A. 61. C. 18.
Gron. muſ. 1. *n.* 43. nom. Arted. D. 78. P. 10. V. 6. A. 56. C. 16.
Habitat in Oceano Europæo.
Maximus Domitiani tempore captus, unde Senatus conſult. Ex hoc tempore, jam Cæſar ſiguli tua caſtra ſequantur.

maximus. 14. P. oculis ſiniſtris, corpore aſpero. *Art. gen.* 18. *ſyn.* 32. D. 70. P. 11. V. 6. A. 50. C. 17.
Fn. ſuec. 298. idem. D. 64. P. 11. V. 6. A. 48. C. 16.
It. Gottl. 178. idem. D. 59. P. 12. V. 6. A. 39. C. 16.
Gron. muſ. 2. *n.* 159. idem. D. 65. P. 13. V. 6. A. 50. C. 16.
Habitat in Oceaneo Europæo.

Paſſer. 15. P. oculis ſiniſtris, linea laterali ſiniſtra aculeata.
Art. gen. 18. *ſyn.* 32. Pleuronectes oculis a ſiniſtra, linea laterali aculeata. D. 66. P. 9. V. 6. A. 50. C. --
Habitat in Oceano Europæo.

papillo-ſus. 16. P. oculis ſiniſtris, linea laterali curva, corpore papilloſo. D. 58. P. 12. V. 5: 6. A. 42. C. 16.
Marcgr. braſ. 181. Aramaca.
Habitat in America.

140. CHÆTODON.(*) *Caput*: *Dentes* ſetacei, flexiles, confertiſſimi, numeroſiſſimi.
Membr. branch. radiis VI.
Corpus pictum. *Pinna* dorſi anique carnoſa ſquamoſa.

caneſcens. 1. C. ſpinis dorſalibus 2, radio tertio longiſſimo filiformi, aculeo utrinque ad os, cauda bifida.
Art. ſpec. 93. Chætodon caneſcens, aculeo utrinque ad os, officulo tertio pinnæ dorſalis ſetiformi longiſſimo. D. $\frac{2}{46}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{36}$. C. 16.
Habitat in Indiis.

argenteus. 2. C. ſpinis dorſalibus 3, cauda bifida, pinnis ventralibus ex ſpinis duabus.
Chin. Lagerſtr. 26. D. $\frac{3}{32}$. P. 26. V. $\frac{2}{0}$. A. $\frac{3}{52}$. C. 17.
Habitat in Indiis.

acuminatus. 3. C. ſpinis dorſalibus 3: radio tertio longiſſimo.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 63. *t.* 33. *f.* 3. Chætodon faſciis 3 fuſcis, pinna dorſali ſetiformi. D. $\frac{3}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{19}$. C. 17.
Habitat in Indiis.

pinnatus. 4. C. ſpinis dorſalibus 4, pinna dorſali analique longiſſima.
Muſ. Ad. Fr. p. 64. *t* 33. *f.* 6. Chætodon griſeus, faſcia frontali apiceque caudæ albis. D. $\frac{4}{40}$. P. 18. V. $\frac{1}{5}$. A. 28. C. 18.
Chin.

(*) Chætodon *Caudæ pinna bifida*, 1, 2, 5, 10, 11, 14, 18.
Roſtro cylindrico elongato, 8, 12, 16.
Radio pinnæ dorſi 3 ſ. 4 longiſſimo, 1, 3, 5, 13.

Chin. Lagerſtr. 25. idem. D. 30. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. 28. C. 18.
Habitat in Indiis.

cornutus. 5. C. ſpinis pinnæ dorſalis 7, cauda bifida, radio dorſali tertio longiſſimo.
Art. ſyn. 92. Chætodon aculeis 2 brevibus ſupra oculos, oſſiculo tertio pinnæ dorſalis longiſſimo. D. $\frac{7}{4\,6}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{3\,6}$. C. 16.
Habitat in Indiis.

punctatus. 6. C. ſpinis pinnæ dorſalis 8, pinnis pectoralibus falcatis. B. 4. D. $\frac{8}{3\,0}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{2\,0}$. C. 17.
Habitat in Aſia. *Muſ. Ac. Holmenſ.*
Corpus *albidum ſ. argenteum punctis fuſcis, pone anum dilatatum, figura Cyprini.* Oculi *magni, rubri. Linea lateralis ſurſum curva. Radii* 3 *primi p. ani diſtantes.*

arcuatus. 7. C. ſpinis pinnæ dorſalis 8, arcubus 4 albis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 61. *t.* 33. *f.* 5. Chætodon fuſcus, arcubus 5 nigris. D. $\frac{8}{5\,8}$. P. 20. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{3}{2\,7}$. C. 19.
Art. ſyn. 79. *ſpec.* 91. Chætodon niger, capite diacantho, lineis utrinque 4 transverſis curvis. D. $\frac{9}{4\,1}$. P. $\frac{2}{2\,0}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{2\,3}$. C. 17.
Habitat in Indiis.

roſtratus. 8. C. ſpinis pinnæ dorſalis 9, maculaque ocellari, roſtro cylindrico.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 61. *t.* 31. *f.* 2. Chætodon roſtratus, pinna dorſali poſtice macula fuſca. D. $\frac{9}{4\,0}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{2\,3}$. C. 14.
Gron. muſ. 1. *n.* 109. Chætodon macrolepidotus albo-flaveſcens, roſtro lon-

Chætodontes, *pulchrum piſcium pictorum Indiæ cohortem conſtituentes, a me diſtinguuntur ſecundum ſpinas dorſales.*

giſſimo oſſeo, macula nigra ad pinnam dorſalem. D. $\frac{9}{39}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. --

Habitat in Indiis.

nigricans. 9. C. ſpinis pinnæ dorſalis 9, ſpina laterali utrinque caudæ integræ.

Art. ſpec. 90. Chætodon nigreſcens, cauda albeſcente æquali utrinque aculeata. D. $\frac{9}{38}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{29}$. C. 16.

Haſſelqv. itin. 332. Chætodon aculeis in utroque latere ad caudam duobus. D. $\frac{6}{33}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{2}{26}$. C. 26.

Habitat in Mari rubro.

trioſtegus. 10. C. ſpinis pinnæ dorſalis 9, membranæ branchioſtegæ 3, faſciis 5 nigris, cauda ſubbifida. D. $\frac{9}{32}$. P. $\frac{1}{5}$. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{2}{22}$. C. 16.

Habitat in Indiis.

lineatus. 11. C. ſpinis pinnæ dorſalis 9, ſpina laterali utrinque caudæ bifidæ.

Art. ſpec. 89. Chætodon lineis longitudinalibus varius, cauda bifurca utrinque aculeata. D. $\frac{9}{36}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{29}$. C. 16.

Habitat in Indiis.

macrolepidotus. 12. C. ſpinis pinnæ dorſalis 11, radio dorſali quarto filiformi longiſſimo.

Art. ſpec. 94. Chætodon lineis utrinque 2 nigris, radio quarto dorſali longiſſimo ſetiformi. D. $\frac{1}{33}\frac{1}{7}$. P. $\frac{2}{18}$. V $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 17.

Gron. muſ. 2. *n.* 194. Ch. oſſiculis dorſalibus 3 aculeatis, quarto ſetiformi, 7 ſubſequentibus iterum aculeatis. D. $\frac{1}{33}\frac{1}{7}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{21}$. C. 16.

Habitat in Indiis.

13. C.

striatus. 13. C. ſpinis pinnæ dorſalis 12, corpore ſtriato, roſtro prominente, cauda integra.
Muſ Ad. Fr. 1. *p.* 62. *t.* 33. *f.*7. Chætodon flaveſcens, faſciis 5 fuſcis. D. $\frac{10}{30}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 18.
Art. ſpec. 95. Chætodon macrolepidotus, lineis utrinque tribus nigris latis, linea quarta in cauda. D. $\frac{12}{33}$. P. 16 V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 17.
Amœn. acad. 1. *p.* 313. Labrus roſtro reflexo, faſciis lateralibus 3 fuſcis. D. $\frac{12}{33}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 17.
Gron. muſ. 1. *n.* 110. Chætodon roſtro longo oſſeo macrolepidotus albo flaveſcens lineis transverſalibus 4 brunneis. D. $\frac{11}{32}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. --
Habitat in Indiis.

aruanus. 14. C. ſpinis pinnæ dorſalis 12, cauda bifida, faſciis 3 fuſcis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 63 *t.* 33. *f.* 8. Chætodon cauda bifurca, faſciis 3 fuſcis. D. $\frac{12}{32}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{13}$. C. 16.
Habitat in Indiis.
Frons alba eſt.

capiſtratus. 15. C. ſpinis pinnæ dorſalis 12, corpore ſtriato, ocello ſubcaudali.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 63. *t.* 33. *f.* 4. Chætodon palidus, faſcia capitis ocelloque ſubcaudali fuſcis. D. $\frac{12}{32}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 18.
Gron. muſ. 2. *n.* 195. Chæt. macrolepidotus, linea nigra ad oculos, macula rotunda ad pinnam dorſalem. D. $\frac{12}{30}$. P. -- V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{18}$. C. --
Amœn. acad. 1. *p.* 314. Labrus roſtro reflexo, ocello

purpureo iride alba juxta caudam. D. $\frac{1}{3}\frac{3}{1}$. P. 14. V $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{17}$. C. --
Habitat in Indiis.

vagabundus. 16. C. ſpinis pinnæ dorſalis 13, corpore ſtriato, roſtro cylindrico. D. $\frac{1}{4}\frac{3}{0}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. 24. C. 18.
Muſ. Ad. Fr. 2. *p.* -- Chætodon roſtratus, faſcia nigra trans oculos, triplicique ad caudam.
Habitat in Indiis.

ciliaris. 17. C. ſpinis pinnæ dorſalis 14, operculis ſpinoſis, ſquamis ciliatis. D. $\frac{1}{3}\frac{4}{3}$. P. 26. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{26}$. C. 17.
Gron. muſ. 2. *n.* 192. Ch. macrolepidotus, aculeis utrinque 2 in operculis, poſtico longiſſimo.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 62. *t.* 33. *f.* 1. Chætodon griſeus faſciis 4 fuſcis. D. $\frac{1}{3}\frac{4}{4}$. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 18.
Osb. iter. 273. Sparus ſaxatilis. D. $\frac{1}{3}\frac{3}{9}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{23}$. C. 20.
Habitat in Indiis.

ſaxatilis. 18. C. ſpinis pinnæ dorſalis 14, pinnis ventralibus acuminatis, cauda bifida, dentibus emarginatis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 64. Chætodon cauda bifurca, faſciis 5 albis. D. $\frac{1}{2}\frac{4}{6}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{15}$. C. 15.
Amœn. acad. 1. *p.* 312. Sparus faſciis 5 tranſverſis fuſcis. D. $\frac{1}{2}\frac{3}{5}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. 15.
Gron. muſ. 1. *n.* 89. Idem. D. $\frac{1}{2}\frac{3}{6}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. 18.
Habitat in India.
Habitu toto Percæ a congeneribus recedit.

19. C.

rotundus. 19. C. ſpinis pinnæ dorſalis 23, faſciis quinque pallidis.
Muſ. Ad. Fr. 1. *p.* 64. Chætodon rotundatus cinereus, faſciis 5. D. $\frac{23}{26}$. P. 10. V $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. --
Habitat in Indiis.

lanceolatus. 20. C. faſciis tribus: oculari pectorali longitudinalique, cauda integra.
Edw. av. 210. *t.* 210. Gvapena.
Habitat in India.
Corpus *oblongum*, *lanceolatum*: *faſciæ nigræ margine griſeæ* 3; *prima transverſa per oculos*; *ſecunda transverſa per thoracem*; *tertia a pinna dorſali anteriori ad pinnam caudæ.*

17. **141. SPARUS.** *Caput*: *Dentes* inciſores vel laniarii robuſti; molares obtuſiuſculi, conferti.
Membr. branch. radiis V. *Opercula* ſquamoſa.
Corpus compreſſum.

* *Macula nigra notati.*

Aurata. 1. S. lunula aurea inter oculos. D. $\frac{11}{24}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{15}$. C. 17.
Art. gen. 25. *ſyn.* 63. Sparus dorſo acutiſſimo, linea arcuata aurea inter oculos. D. 24. P. 17. V. 6. A. 14. C. --
granulatus. 77. C. breviroſtris viridis ſtriatus punctis nigris elevatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Magnitudo Scar. ſtercorarii.

abbreviatus. 78. C. breviroſtris ſubfuſcus, elytris griſeis: ſtriis atris glabris elevatis abbreviatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Elytra griſeo vellere quaſi obducta præter ſtrias & margines.

chinenſis. 79. C. breviroſtris griſeus, elytris abbreviatis, antennis pectinatis, podice albo.
Habitat in Piſis *omnis generis*, *e* China *allatis.*

apterus. 80. C. breviroſtris, pedibus muticis, corpore atro, thorace ſpinoſo, elytris coadunatis, abdomine punctato.
Habitat in India. *De Geer.*

Maxi-

Maximus. Thorax *punctatus cruce quasi inustus.* Abdomen *subtus trifariam rubro punctatum.* Corpus *nigrum.*

178. ATTELABUS. *Caput* postice attenuatum, inclinatum.
Antennæ apicem versus crassiores.

Coryli. 1. A. niger, elytris rubris.
Fn. suec. 476. *It. æl.* 153. Curculio niger, elytris rubris, capite postice elongato.
Habitat in foliis Coryli, *quæ in cylindrum convolvit & utrinque claudit.*

surinamensis. 2. A. elytris apice bidentatis.
Habitat Surinami. *Rolander.*
Similis A. pensylvanico, minor A. coryli. Caput & Thorax *nigra.* Antennæ *albo fuscoque annulatæ.* Pedes *ferruginei: Femora annulo baseos albo.* Elytra *fusca, striata, apice bidentata.*

pensylvanicus. 3. A. niger, elytris rubris: fascia media apicisque nigro.
Habitat in Philadelphia. *Kalm.*
Statura præcedentis omnino, sed alius & minor. Caput *depressum, nigrum, postice elongatum, maxillis rufis.* Antennæ *filiformes, obtusæ, basi flavescentes.* Thorax *oblongus, niger, glaber.* Elytra *rufa, fascia in medio nigra & alia ad apicem.* Pedes *rufi.*

Betulæ. 4. A. pedibus saltatoriis, corpore toto atro.
Habitat in Betulæ *foliis, quæ pulchre crispa rodendo reddit. Rolander.*

formicarius. 5. A. niger, elytris fascia duplici alba basi rubris. *Faun. suec.* 477.
Jonst. ins. . . t. 15. *List. mut. t.* 31. *f.* 1.
Raj. ins. 103. *n.* 29.
Habitat in Europa.

sipylus. 6. A. viridis, elytris fascia duplici flava interrupta, thorace hirsuto. *M. L. U.*

Habitat in Sipylo. *Haſſelqviſt.*
Statura & magnitudo A. formicarii.

apiarius. 7. A. cæruleſcens, elytris rubris, faſciis tribus nigris.
Svamm. bibl. . . t. 26. *f.* 3. *Reaum. inſ.* 6. *t.* 8. *f.* 10.
Habitat in Germania. *P. Forſkåhl.*
Facies A. formicarii, ſed duplo major. Corpus *totum atro-cæruleſcens, ſed Caput & Thorax pilis nigris pubeſcentia. Pectus & Abdomen nitidius cæruleſcentia, ut & Femora poſtica, quæ longiora.* Elytra *rubra, faſciis tribus margine repandis atris; quarum prima vix marginem lateralem attingit; poſtrema in ipſo apice elytri, cæruleſcens.* Antennæ *nigræ, clavatæ.*

mollis. 8. A. griſeus pubeſcens, elytris faſciis tribus pallidis.
Uddm. diſſ. 28. *t.* 1. *f.* 9. Curculio oblongus ruber, elytris nigris: faſcia triplici albicante.
Habitat in Europa.

Ceramboides. 9. A. ater, elytris rugoſis.
Uddm. diſſ. 26. *t.* 1. *f.* 1. Curculio maximus ater oblongus, elytris irregulariter reticulatis.
Habitat in Boleto fomentario.

Bupreſtoides. 10. A. ater, elytris nervoſis, thorace ſubgloboſo.
Fn. ſvec. 554. Buprēſtis ater.
Habitat in Europa.

179. CERAMBYX. *Antennæ* attenuatæ. *Thorax* ſpinoſus aut gibbus. *Elytra* linearia.

* *Thorace ſpinis lateralibus mobilibus.*

longimanus. 1. C. thorace ſpinis mobilibus, elytris baſi unidentatis apiceque bidentatis, antennis longioribus.
Sloan. jam. 2. *p.* 209. Scarabæus Capricornus maximus nigricans, faſciis elytrorum coccineis & flavis.
Grew. muſ. 163. *t.* 13. *Merian. ſurin. t.* 28.
Vincent. muſ. t. 1. *fig. infim. media.*
Rœſ. inſ. 2. *ſcarab.* 2. *p.* 11. *t.* 1. *f. a.*
Habitat in America.
In altero ſexu tibiæ anticæ longiſſimæ, ut in Scar. longimano.

2. C.

trochlearis. 2. C. thorace ſpinis mobilibus, elytris fuſco canoque variis: punctis elevatis.
Habitat in India. *De Geer.*

* * *Thorace marginato dentibus lateralibus.*

cervicornis. 3. C. thorace marginato dentato, maxillis porrectis corniformibus utrinque ſpinoſis, antennis brevibus.
Sloan. jam. 2. *t.* 237. *f.* 6. *Merian. ſurin. t.* 48. *Rœſ. inſ.* 2. *ſcarab.* 2. *p.* 12. *t.* 1. *f.* 13. *Pet. gaz. t.* 44. *f.* 8? *Brown. jam.* 429. *t.* 44. *f.* 8.
Habitat in America.
Antennæ corpore breviores. Thoracis dentes 3 *validi. Elytra lineata.*

coriarius. 4. C. thorace marginato-dentato, corpore piceo, elytris mucronatis, antennis corpore brevioribus.
Fn. ſuec. 480. Cerambyx niger, thorace planiuſculo: margine utrinque tridentato, coleoptris piceis.
Rœſ. inſ. 2. *ſcarab.* 2. *t.* 1. *f.* 1. 2.
Gadd ſat. 79. Cerambyx cinereo nigricans, antennis & pedibus rufis.
Habitat in Betulis *putridis.*
Mas utrinque thorace unidentato, Femina tridentato.

cinnamomeus. 5. C. thorace marginato denticulato, corpore ferrugineo, elytris mucronatis.
Merian. ſur. t. 24. *f.* 1. 2.
Habitat in America.
Thoracis denticulus lateralis poſticus validior. Elytra colore cort. cinnamomi.

feſtivus. 6. C. thorace utrinque bidentato, elytris bidentatis viridibus linea lutea.
Habitat in America. *Rolander.*
Thorax *rubro nigroque varius*, Antennæ *baſi rubræ, vix corpore longiores.* Elytra *apice bidentata, viridia, ſtria duplici elevata*; Linea *longitudinalis lutea juxta marginem exteriorem.*

lineatus. 7. C. thorace marginato dentato, elytris nigris lineis albis, antennis compreſſis brevioribus.
Sloan. jam. 2. *p.* 209. *t.* 237. *f.* 34.
Brown. jam. 430. *t.* 43. *f.* 7.
Habitat in Jamaica.

spinibar- bis. 8. C. thorace marginato subcrenulato, capite sub maxillis spinoso scabro, antennis brevibus.
Habitat in America.
Corpus nigrum. Antennæ corpore breviores.

* *.* *Thorace rotundato, spinis fixis lateralibus mucronato.*

Batus. 9. C. thorace spinoso rugoso, elytris bidentatis, antennis longis uncinato-aculeatis. *M. L. U.*
Mus. petrop. 652. *n.* 154. Capricornus niger cornutus.
Habitat in Indiis.
Antennæ articulis 1-5 *subtus aculeo recurvo armatis.*

Rubus. 10. C. thorace spinoso, antennis subtus aculeatis, elytris bidentatis punctis quatuor albis.
Habitat in India. *De Geer.*
Magnus. Thorax utrinque spina fixa, subtus linea alba.
Elytra lævia, basi punctis rugosa, apice bidentata.

ferrugi- neus. 11. C. thorace spinoso rugoso, elytris fastigiatis subferrugineis, antennis longis.
Habitat in India.

Sentis. 12. C. thorace spinoso lævi, elytris fastigiatis biguttatis, antennis subtus aculeatis longioribus.
Habitat in India.
Antennæ *corpore sesquilongiores.* Corpus *griseum.* Elytra *antice punctis elevatis subscabra. Maculæ duæ albæ parvæ longitudinales.* Linea *alba ab antennis per latera thoracis & abdominis versus anum ducta.*

farinosus. 13. C. thorace spinoso niger, elytris punctis albis sparsis farinosis.
Merian. surin. t. 24. *f. infima.*
Habitat in America. *De Geer.*

depressus. 14. C. thorace quadrispinoso, dorso depresso, elytris nebulosis: antice punctis elevatis sparsis.
Habitat in India. *De Geer.*

glaucus. 15. C. thorace quinquespinoso glaucus, elytris muricatis latere fasciaque nigris, antennis longioribus.
Habitat in America. *Rolander.*
Insectum *supra albido-glaucum, subtus fuscum.* Thorax *supra spinis* 4 *& quinto in medio posterius.* Elytra *trun-*

truncata, unidentata, antice echinato-muricata, lateribus nigra cum lineola, postice quasi fascia elytra secante. Antennæ *corpore vix duplo longiores.*

lamed. 16. C. thorace spinoso pubescente, elytris fastigiatis lividis, fascia obscura longitudinali flexuosa, antennis brevioribus.
Fn. suec. 498. Leptura nigra, elytris nigricante lividoque variis.
Habitat in Europa.

nebulosus. 17. C. thorace spinoso, elytris fastigiatis punctis fasciisque nigris, antennis corpore longioribus. *Fn. suec.* 483. *It. gotl.* 273.
Habitat in Abietum *truncis.*

hispidus. 18. C. thorace spinoso, elytris subpræmorsis, punctisque tribus hispidis, antennis hirtis longioribus.
Fn. suec. 484. *t.* 1. Cerambyx cinereus, elytris præmorsis nigris fasciaque alba, antennis sesquilongioribus.
Habitat in Europa.

defertus. 19. C. thorace spinoso albo-lineato, elytris bidentatis albo fasciatis, antennis longioribus. *M. L. U.*
Habitat in America.
Thorax lineis 5 *albis, quarum laterales sub thoracis margine sunt.*

succinctus. 20. C. thorace bispinoso rugoso, elytris fastigiatis fascia flava, antennis longioribus compressis. *M. L. U.*
Habitat in America.

virens. 21. C. thorace spinoso, elytris obtusis, corpore viridi, antennis longioribus, femoribus unidentatis. *M. L. U.*
Sloan. jam. 2. . . *t.* 237. *f.* 39. 40.
Brown. jam. 430. *t.* 43. *f.* 8.
Habitat in India.

moschatus. 22. C. thorace spinoso, elytris obtusis viridibus nitentibus, femoribus muticis, antennis mediocribus.
Fn. suec. 478. Cerambyx viridi cæruleſcens, antennis corpus subæquantibus.

Cerambycis *Larvæ Ligna rodunt, perforant, penetrant.*

Mouff. inſ. 133. *f. ultima.* *Friſch. inſ.* 13. *t.* 11.
Raj. inſ. 31. *n.* 17.
Habitat in Europa.

alpinus. 23. C. thorace ſpinoſo, coleoptris obtuſis faſcia maculisque quatuor atris, antennis longis.
It. ſcan. 260. Cerambyx ſubcæruleſcens, faſcia maculisque 4 nigris.
Jonſt. inſ. t. 15. *f.* 3. *Rob. ic.* 8.
Scheuch. itin. 1. *t.* 1. *f.* 5.
Habitat in Helvetia.

ædilis. 24. C. thorace ſpinoſo: punctis quatuor luteis, elytris obtuſis nebuloſis, antennis longiſſimis.
Fn. ſuec. 479. *It. œl.* 8. Cerambyx nebuloſus, antennis corpore longioribus, thoracis punctis quatuor luteis.
Pet. gaz. t. 8. *f.* 8. Capricornus ruſticus.
Mouff. inſ. 151. *f.* 2. *Friſch. inſ.* 13. *t.* 12.
Habitat in truncis arborum Europæ.

ſutor. 25. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis atris ſubnebuloſis, ſcutello pallido, antennis longiſſimis.
Fn. ſuec. 482. Cerambyx ater, elytris punctatis maculis pallidis ſparſis, antennis corpore longioribus; thorace ſpinoſo.
Gadd diſſ. 27. Cerambyx nigro nebuloſus, ſcutello pallido, elytris fuſco æneis.
Habitat in Europa.

cerdo. 26. C. thorace ſpinoſo rugoſo nudo, corpore nigro, antennis longis: articulis quatuor primis clavatis.
Habitat in Italia. *M. Kæhler. in* Germania. *Forſkåhl.*
Statura præcedentis; corpus & artus nigra. Elytra apice pallidiora ſ. picea. Antennæ corpore longiores: articulis 4 primis brevioribus clavatis ſ. apice rotundatis; reliquis compreſſis.

textor. 27. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis convexis atris, antennis mediocribus.
Uddm. diſſ. n. 29. Cerambyx ſordide niger, punctis elevatis ſparſis, antennis craſſis corporis longitudinem ſubæquantibus.
Habitat in Europa.

28. C.

fuligi-nator. 28. C. thorace ſubſpinoſo niger, elytris cineraſcentibus, antennis brevioribus.
Habitat in Germania. *P. Forſkåhl.*
Minor Ape; totus ater. Antennæ *vix corporis longitudine.* Thorax *rotundatus, parce ſpinoſus.* Elytra *minus acuta, rore cinereo ſordido inquinata.*

coqvus. 29. C. thorace ſubſpinoſo hirſuto, elytris obtuſis ſulcatis atris antice ferrugineis, antennis mediocribus.
Habitat in Canada. *Kalm.*
Spinæ thoracis villoſi potius digitis quam oculis obſervantur.

curſor. 30. C. thorace ſpinoſo, elytris obtuſis rufis margine lineaque nigris, antennis mediocribus.
Fn. ſvec. 481. Cerambyx rufus, coleoptrorum lineis tribus nigris longitudinalibus.
Habitat in Europa.

kæhleri. 31. C. thorace ſpinoſo niger, thorace elytrisque macula magna nigra.
Habitat in Italia. *M. Kæhler.*
Magnitudo media. Corpus & *artus nigra.* Thorax *ſanguineus macula in tergo magna, rotundata, nigra.* Elytra *ſanguinea: macula magna, ovali, nigra, utroque elytro communi, a medio ad apices fere extenſa.* Femora *apice emarginata, acuta.* Antennæ *vix corporis longitudine.*

inquiſitor. 32. C. thorace ſpinoſo, elytris nebuloſis fuſco ſubfaſciatis, antennis corpore brevioribus.
Fn. ſvec. 485. Cerambyx cinereus nigro nebuloſus, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace ſpinoſo.
Friſch. inſ. 13. *t.* 14.
β. *Fn. ſvec.* 486. Cerambyx cinereus coleoptris faſciis duabus flavis, antennis corpore dimidio brevioribus, thorace ſpinoſo.
Habitat in Europa.

fur. 33. C. thorace ſpinoſo gibboſo, coleoptris ovatis: faſcia duplici albida, antennis filiformibus mediocribus.
Fn. ſvec. 487. Cerambyx teſtaceus, elytrorum faſcia duplici albida, thorace ſpinoſo.

Antennæ *Breves, quæ corpore breviores; Mediocres quæ longitudine corporis; Longæ quæ corpore longiores ſunt, nobis dicuntur.*

Habitat in herbariis, *insectorum collectionibus, avibus exsiccatis, pellibus, utensilibus, culinis, pessimus nobis hospes.*

Genere anceps ob Antennas filiformes & quod caput Dermestidis more intra thoracem retrahat incurvatum.

* * * * *Thorace inermi subcylindrico.*

carcharias. 34. C. thorace mutico cylindrico, corpore griseo nigro punctato, antennis mediocribus. *Fn. svec.* 493. *Gœd. ins.* 2. *t.* 51. *List. gœd. f.* 106. *Pet. gaz. t.* 2. *f.* 1.
Habitat in Europa.

scalaris. 35. C. thorace mutico cylindrico, coleoptris linea flava dentata punctisque flavis, antennis mediocribus. *Faun. svec.* 494.
Habitat in Europa.
Variat linea cæruleſcente loco flavæ.

populneus. 36. C. thorace mutico cylindrico flavo-lineato, elytris punctis quatuor flavis, antennis mediocribus.
Gadd sat. 79. Cerambyx fusco cinereus, antennis nigro alboque variegatis, elytrorum punctis octo luteis.
Habitat in Europa.

cylindricus. 37. C. thorace mutico cylindrico linea albida, elytris fastigiatis nigris, pedibus anticis pallidis.
Ræs. ins. 2. *scarab.* 2. *t.* 3.
Habitat in Europa.
Antennæ vix corpore longiores.

oculatus. 38. C. thorace mutico cylindrico luteo: punctis duobus nigris, elytris fastigiatis linearibus nigris.
Uddm. diss. 31. Cerambyx ferrugineo-rufus, elytris nigro cinereis punctis excavatis nigris.
Habitat in Europa.
Antennæ mediocres.

zonarius. 39. C. thorace mutico cylindrico rugoso, antennis longioribus, elytris obtusis fuscis: fascia lineari albida.
M. L. U.
Habitat in America.

* * * * *

* * * * * *Thorace inermi ſubrotundo ſ. ex globoſo depreſſo.*

ſerraticornis. 40. C. thorace mutico ſubovali, corpore lurido fuſco, antennis compreſſis ſerratis mediocribus.
Habitat in Europa.

ruſticus. 41. C. thorace mutico ſubrotundo nudo, corpore lurido, antennis brevioribus ſubulatis.
Fn. ſuec. 492. Cerambyx fuſcus, punctis thoracinis impreſſis.
Habitat in Europa.

femoratus. 42. C. thorace inermi ſubrotundo, corpore atro, femoribus rubris, antennis mediocribus.
Habitat in Germania.
Sequenti dimidio minor, anguſtior; ſola femora rubra. Antennæ vix corporis longitudine.

violaceus. 43. C. thorace mutico ſubrotundo, corpore violaceo, antennis mediocribus.
Fn. ſuec. 495. Cerambyx violaceus nitens, antennis nigris, femoribus clavatis.
Gadd diſſ. 28. Cantharis nigra, thorace rotundato, elytris cæruleſcentibus.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 1.
Habitat in Europa.

auratus. 44. C. thorace dente laterali depreſſo viridi-inauratus, antennis nigris, femoribus poſticis cæruleis.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis *C. violaceo.* Caput & Thorax *viridi-inaurata.* Dens thoracis *utrinque poſtice a baſi ſinu excavatus.* Elytra *rubro-viridi-aurata.* Antennæ *nigræ, vix corpore longiores.* Abdomen & *totum corpus ſubtus viridi-æneum.* Pedes *purpurei*: *Femora poſtica cærulea.*

ſtigma. 45. C. thorace ſubmutico ſubrotundo excavato punctato, corpore atro, elytris lævibus: ſtigmate albo.
Habitat in America. *Rolander.*
Totus *niger. Thorax hemiſphæricus, ſubmarginatus, punctis numeroſis excavatus, poſtice ad angulum lateralem vix dentibus duobus utrinque excavatus.* Scutellum *læve, longius quam in reliquis.* Elytra *lævia, nigra,*

nigra, ſingula pone ſcutellum lineola extrorſum obliqua alba.

ſtriatus. 46. C. thorace mutico ſubrotundo, corpore nigro, elytris ſtriatis, antennis brevibus.
Habitat in Europa.

teſtaceus. 47. C. thorace mutico ſubrotundo glabro, corpore teſtaceo, antennis mediocribus. *Fn. ſvec.* 491.
Habitat in Europa.

bajulus. 48. C. thorace mutico ſubrotundo villoſo, tuberculis duobus, antennis brevibus.
Fn. ſvec. 489. Cerambyx nigricans, thorace villoſo cinereo, punctis duobus glabris.
Friſch. inſ. 13. *t.* 10.
β. Fn. ſvec. 490. Cerambyx teſtaceus, thorace villoſo cinereo lineolis duabus glabris.
Habitat in Europa; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

fennicus. 49. C. thorace mutico ſubrotundo tuberculis ſubferrugineo obſoletis, elytris violaceis, antennis longiuſculis.
Uddm. diſſ. 33. Cerambyx elytris nigro cæruleis apice abdominis ferrugineo.
Habitat in Europa.

undatus. 50. C. thorace mutico ſubrotundo tuberculato, elytris faſciis duabus undulatis, antennis ſubmediocribus. *Fn. ſvec.* 488.
Habitat in Europa.

ſanguineus. 51. C. thorace mutico ſubrotundo elytrisque ſanguineis, corpore nigro, antennis mediocribus.
Habitat Upſaliæ *in parietibus. Iſac. Uddman.*
Statura omnino C. Bajuli, at Thorax ſupra Scutellum. Elytra, Anus omnino ſanguinea, tomento vix conſpicuo; reliqua atra. Thorax ſupra magis lateribus depreſſus, quam bajulus.

caſtaneus. 52. C. thorace mutico ſubrotundo, corporeque nigro, elytris antennis pedibusque ferrugineis, antennis brevioribus.
Habitat in Svecia.
Magnitudo C. undati, ſed paulo anguſtior. Femora poſtica nigra. Latera thoracis parum rubra. Antennæ corpore breviores. Affinis C. ruſtico, ſed minor.

180. LEPTURA. *Antennæ* ſetaceæ. *Elytra* apicem verſus attenuata. *Thorax* teretiuſculus.

* *Thorace ovato ſ. antrorſum oblongiuſculo anguſtiore. Elytris apice truncatis.*

aquatica. 1. L. deaurata, antennis nigris, femoribus poſticis dentatis. *Fn. ſvec.* 509.
Raj. inſ. 100. Cantharis arundines frequentans.
β. Leptura ſubæneo-violacea, femoribus poſticis dentatis. *Fn. ſvec.* 510.
Habitat in plantis aquaticis, *Nymphæis*, *Caricibus*, Phellandrio, *cujus radici adhæret pupa intra globum brunneum.*

melanura. 2. L. nigra, elytris rubeſcentibus lividisve apice nigris. *Fn. ſvec.* 499.
Friſch inſ. 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 6. Scarabæus arboreus major violaceo ruber.
Raj. inſ. 499. Cerambyx niger, elytris flavis extremitatibus nigris.
Pet. gaz. t. 30. *f.* 5. Capricornus exiguus, vaginis rubentibus apice nigro.
Gadd. diſſ. 27. Leptura thorace nigro nitido, elytris obſolete ſordideque flaveſcentibus.
Habitat in Europa.

rubra. 3. L. nigra, thorace elytris tibiisque purpureis. *Fn. ſvec.* 500.
Fn. ſvec. 497. Leptura nigra, thorace elytrisque rufis.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *ic.* 6. *f.* 6. Scarabæus arboreus major purpureo-ruber.
Habitat in Europa.

virens. 4. L. viridi-flava, antennis luteo viridique variis. *Faun. ſvec.* 496.
Habitat in Europa.

ſericea. 5. L. viridi-cærulea, elytris ſubfaſtigiatis.
Habitat in Europa.

4-maculata. 6. L. nigra, elytris lividis: maculis quatuor nigris. *Fn. ſvec.* 502.
Habitat in Europa.

7. L.

meridiana. 7. L. nigra, abdomine pedibus baſique elytrorum flavis.
Habitat in Germania. *Forſkåbl.*
Statura L. melanuræ, ſed major; baſis antennarum rufa. Articuli pedum apice nigri. Elytrorum apices præmorſi.

interrogationis. 8. L. nigra, elytris lividis: faſcia longitudinali arcuata maculisque quatuor nigris.
Uddm. diſſ. 35. *t.* 1. *f.* 2. Leptura nigra, elytris fuſco flavis: maculis octo nigris.
Habitat in Europa.

6-maculata. 9. L. nigra, coleoptris teſtaceis: maculis ſex nigris margine connexis. *Fn. ſuec.* 504.
Habitat in Europa.

4-faſciata. 10. L. nigra, elytris teſtaceis, faſciis quatuor nigris. *Faun. ſuec.* 505.
Habitat in Europa.

attenuata. 11. L. elytris faſtigiatis attenuatis fulvis: faſciis quatuor nigris, pedibus teſtaceis.
Habitat in Europa.

nigra. 12. L. elytris faſtigiatis, corpore nigro nitido, abdomine rufo.
Habitat in Europa.

* * *Thorace ſubgloboſo, nec antice attenuato. Elytris apice obtuſis, nec truncatis.*

virginea. 13. L. thorace globoſo nigro, elytris violaceis, abdomine rufo.
Gadd diſſ. 26. Leptura nigra, elytris cæruleſcentibus, toto abdomine rubro.
Habitat in Europa.

collaris. 14. L thorace globoſo abdomineque rubris, elytris nigris.
Habitat in Europa.

ruſtica. 15. L. thorace globoſo tomentoſo, elytris cinereis: faſciis linearibus albidis undatis.
Habitat in Europa.

myſtica. 16. L. thorace globoſo tomentoſo, elytris fuſco-cinereis antice rufis: faſciis linearibus arcuatis lataque canis.
Habitat in Europa.

17. L.

necydalea. 17. L. thorace ſubgloboſo, elytris ſubulatis mucronatis glauco-aureis.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis L. aquaticæ. Elytra *attenuata & vere ſubulata, glaberrima, glauco-flaveſcentia, margine purpuraſcente.* Caput *nigrum.* Antennæ *filiformes, nigræ, corpore* ½ *breviores.* Femora *clavata.* Abdomen *nigrum, teres ut ichneumoni, inciſuris margine albis.*

detrita. 18. L. thorace globoſo nigricante, elytris fuſcis: faſciis quatuor transverſis flavis, pedibus rufis.
Uddm. diſſ. 31. Cerambyx ferrugineo rufus, elytris nigro cinereis punctis excavatis nigris.
Habitat in Europa.

arcuata. 19. L. thorace globoſo nigro, elytris nigris: faſciis linearibus flavis: tribus retrorſum arcuatis, pedibus ferrugineis.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *ic.* 4. *f.* 1. Scarabæus arboreus luteo pictus.
Uddm. diſſ. 30. Cerambyx nigris elytris: faſciis 4 flavis arcuatis.
Habitat in Europa.

arietis. 20. L. thorace globoſo nigro, elytris nigris: faſciis flavis: ſecunda antrorſum arcuata, pedibus ferrugineis.
Fn. ſuec. 507. Leptura nigra, elytrorum lineis transverſis flavis, pedibus teſtaceis.
Raj. inſ. 82. *n.* 22. Scarabæus niger, lineolis luteis pulchre variegatus.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *ic.* 5. *f.* 3. *Liſt. mut. t.* 31. *f.* 1.
Habitat in Europa.

præuſta. 21. L. thorace ſubgloboſo fuſco, elytris flavis, apice nigris, pedibus quatuor pallidis.
Fn. ſuec. 506. Leptura nigra, elytris flavis apice nigris.
Habitat in Europa.

linearis. 22. L. thorace ovato, corpore cyaneo lineari, antennis longioribus. *M. L. U.*
Habitat in India.
Antennæ corpore ſeſquilongiores. Variat *femoribus clavatis & linearibus.*

181. CANTHARIS. *Antennæ* ſetaceæ.
Elytra flexilia.
Thorax planiuſculus.
Abdominis latera plicato-papilloſa.

* *Clypeo ſemiorbiculato, antice rotundato. Femina aptera.*

Noctiluca. 1. C. oblonga nigra, thorace teſtaceo margine laterali nigro. *Fn. ſuec.* 584.
Aldrov. inſ. 492. *Column. ecphr.* 1. *f.* 38. *t.* 36.
Mouff. inſ. 109. *f.* 1. 2. *Jonſt. inſ. t.* 14. *f.* 2.
Raj. inſ. 78. 79. *Bradl. nat.* 26. *f.* 3.
Uddm. diſſ. 47.
Habitat in Europæ juniperetis *graminoſis.*
Corpus nigrum. Elytra punctis excavatis, vix conſpicuis. Thorax teſtaceus totus.

Pyralis. 2. C. oblongiuſcula fuſca, elytris margine rufeſcentibus, thoraceque intra marginem purpuraſcente.
Habitat in America *ſeptentrionali.*

Lampyris. 3. C. ovata, elytris fuſcis: macula marginali triangulari flava.
Habitat in America. *Rolander.*
Clypeus *thoracis flavus; macula fuſca in fronte.* Elytra *fuſca macula flava in medio marginis lateralis.* Anus *ſubtus apice flavus.*

ignita. 4. C. ovata, elytris fuſcis: macula marginali ovata lutea.
Habitat in America. *Rolander.*
Clypeus *antice maculis* 2 *fuſcis.* Corpus *fuſcum.* Alæ *nigræ.* Abdomen *totum ſubtus flavum.*

lucida. 5. C. oblonga, elytris fuſcis margine exteriore luteis, abdomine toto ſubtus flavo.
Habitat in America.
Simillima C. noctilucæ, ſed pallidior, & Abdomen *totum flavum.* Antennæ & Caput *nigra.*

phoſphorea. 6. C. oblonga ſubteſtacea, abdomine atro: poſtice flaviſſimo.
Habitat in America. *Rolander.*
Abdominis *ſegmenta duo ultima flaviſſima, porisque duobus pertuſa.* Antennæ *nigræ.*

7. C.

mauritanica. 7. C. elytris lividis, corpore flavo.
Habitat in Algiria. *E. Brander.*
Duplo major prima. Clypeus ſ. thorax, Pectus, Abdomen obſolete flava. Elytra exolete ſubfuſca. Femina ſ. Aptera triplo major noſtrate cum puncto flavo ad angulum anteriorem cujusvis ſegmenti corporis.

chinenſis. 8. C. elytris teſtaceis apice nigris. *Osb. iter.* 224. *
Habitat in Aſia.

italica. 9. C. elytris fuſcis, thorace rufo: medio nigro.
Habitat in Italia. *J. Rathgeb. Equ.*
Minor reliquis. Fuſca ſunt Elytra, Caput, Antennæ, Abdomen, exceptis 2 ultimis ſegmentis flavis. Thorax rufus medio macula nigra. Pectus, & Pedes lutei. Femina nigra, ſingulo ſegmento ſupra ad angulum marginalem macula teſtacea; in ſegmentis tribus primis majoribus.

* * *Clypeo planiuſculo utrinque truncato ſ. quadrato: lateribus rotundatis marginatis.*

fuſca. 10. C. thorace marginato rubro macula nigra, elytris fuſcis. *Fn. ſuec.* 586. *It. æl.* 38.
Raj. inſ. 84. *n.* 29. & 101. *n.* 2.
Friſch. inſ. 12. *t.* 3. *icon.* 6. *f.* 5.
Habitat in Europa *frequens.*
Sævit ſæpe in propriam ſpeciem.

livida. 11. C. thorace marginato, tota teſtacea.
Fn. ſuec. 585. C. elytris teſtaceis, thorace rubro immaculato.
Raj. inſ. 84. *n.* 26. Cantharis ſepiarius major e rufo flavicans.
Habitat in Europa.

rufa. 12. C. thorace marginato, tota rufa, epigaſtrio alisque nigris.
Habitat in Europa.

ſanguinea. 13. C. thorace marginato: macula nigra, tota rubra, elytris ſanguineis.
Fn. ſuec. 587. Cantharis elytris rubris, thorace rubro macula nigra.

Cantharidis *Larvæ, exceptis primis parentum ſimilibus; etiamnum ignotæ.*

Raj. inſ. 101. *n.* 4. *Friſch. inſ.* 12. *t.* 3. *ic.* 7. *f.* 2.
Habitat in Europa.

obſcura. 14. C. thorace marginato marginibus rubris, elytris nigris.
Habitat in Europa.
Similis C. fuſcæ, ſed duplo minor; abdominis ultima ſegmenta ſubtus non rubra, ſed nigra, quamvis latera ſegmentorum rufa. Thorax non rufus macula media fuſca, ſed niger ſolis marginibus lateralibus rubris.

lateralis. 15. C. thorace marginato rubro, corpore fuſco, elytris margine exteriore flaveſcentibus.
Habitat in Europa.

ænea. 16. C. thorace marginato, corpore viridi-æneo, elytris extrorſum undique rubris. *Fn. ſuec.* 588.
Raj. inſ. 77. Scarabæus minor, corpore longiuſculo, elytris rubicundis.
Schæff. monogr. 1754. *t.* 2. *f.* 10, 11.
Habitat in Europa.

bipuſtulata. 17. C. thorace marginato, corpore æneo-viridi, elytris apice rubris. *Fn. ſuec.* 589. *It. œl.* 127.
Raj. inſ. 101. *n.* 7.
Habitat ſæpe in Caricibus *Larva rapax minorum inſectorum.*

pedicularia. 18. C. thorace marginato, corpore atro, elytris apice rubris.
Habitat in Europa.
Pediculo æqualis, quater minor præcedente.

faſciata. 19. C. thorace marginato vireſcente, elytris nigris: faſciis duabus rubris. *Fn. ſuec.* 590.
Habitat in Europa.

biguttata. 20. C. thorace marginato atro, elytris nigris apice flavis.
Fn. ſuec. 591.
Habitat in Europa.

minima. 21. C. thorace marginato rufo macula nigra, corpore fuſco, elytris apice flavis. *Fn. ſuec.* 592.
Fn. ſuec. 598. Necydalis elytris apice puncto flavo.
Habitat in Europa.

22. C.

testacea. 22. C. thorace marginato flavo macula nigra, corpore nigro, elytris pedibusque lividis.
Fn. Suec. 593. Cantharis nigra, elytris lividis.
Habitat in Europa.

pectinata. 23. C. atra, clypei lateribus basique exteriore elytrorum luteis, antennis pectinatis.
Habitat in America. *Rolander.*
Antennæ *atræ*, *pectinato-serratæ.* Elytra *atra*, *striata punctis excavatis.*

serrata. 24. C. flavescens, elytris striatis: fasciisque tribus nigris, antennis serratis.
Habitat in America. *Rolander.*
Antennæ *compressæ*, *serratæ*, *nigræ*, *longitudine corporis.*

tropica. 25. C. thorace marginato lateribus rubro, elytris nigris fascia alba, antennis pectinatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Elytra lata, *submembranacea*, *apicem versus latiora & rotundata.*

pectinicornis. 26. C. thorace orbiculato, elytris rufo-testaceis, antennis pectinatis.
Habitat in Europa.

* * * *Thorace teretiusculo.*

cærulea. 27. C. thorace teretiusculo, corpore cæruleo.
Habitat in Europa.

viridissima. 28. C. thorace teretiusculo, corpore viridi.
Habitat in Europa.
Hæc dimidio præcedenti minor, cum qua convenit figura thoracis subcylindrica ad Cicindelas accedente, sed neque oculi prominentes, neque maxillæ exsertæ, neque cursus celer & expeditus.

navalis. 29. C. thorace teretiusculo, corpore luteo, elytris margine apiceque nigris.
It. Wgoth. 153. *t.* 2.
Habitat intra Querci *lignum.*

melanura. 30. C. thorace rotundato, corpore luteo, elytris apice nigris.
Habitat in Europa.

182. ELATER. *Antennæ* ſetaceæ.
Corpus dorſo impoſitum exſiliens mucrone thoracis e foramine abdominis reſiliente.

oculatus. 1. E. thorace ocellis binis atris : iridibus albis, corpore nigricante. *M. L. U.*
Pet. gaz. t. 10. *f.* 4. Scarabæus elaſticus major, capite bimaculato.
Act. anglic. 246. *p.* 396. *n.* 13. & 271. *p.* 842. *n.* 32.
Habitat in America *ſeptentrionali.*

noctilucus. 2. E. thoracis lateribus macula flava glabra. *M. L. U.*
Sloan. jam. 2. *p.* 206. *t.* 237. *f.* 1. Scarabæus medius fuſcus, thorace angulato lucem emittente.
Brown. jam. 432. *t.* 44. *f.* 10. Elater major fuſcus phoſphoricus.
Habitat in America.
Thoracis ocellis noctu lucet uti **Cantharis** *noctiluca &* **Cicada** *laternaria.*

phoſphoreus. 3. E. fuſcus, thorace poſtice maculis duabus flavis glabris.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis præcedenti, ſed dimidio minor. Antennæ *ſetaceæ.* Elytra *pilis adpreſſis fuſca, ſtriata.* Maculæ *ſ. puncta lutea thoracis, non ad latera, ſed intra marginem poſticum ſ. inter dentes thoracis poſticos, noctu etiam lucent.*

brunneus. 4. E. thorace nigro utrinque rufo, elytris corporeque ferrugineis.
Habitat in Europa.

ſyriacus. 5. E. thorace rufo, elytris faſcia duplici alba, corpore nigro. *M. L. U.*
Habitat in Syria. *Haſſelquiſt.*

cruciatus. 6. E. thorace nigro lateribus ferrugineis, coleoptris flavis: cruce nigra margineque nigro.
Habitat in Europa.

linearis. 7. E. thorace nigro lateribus rufis, elytris teſtaceis linearibus.

Fn. ſvec. 582. Elater thorace rubro, elytris griſeis.
Uddm. diſſ. 46. Elater canthariformis niger, ano rufo, elytris ex rufo pallide fuſcis ſtriatis.
Habitat in Europa.

ruficollis. 8. E. thorace rubro nitido antice nigro, elytris corporeque nigris.
Fn. ſvec. 576. Elater niger, thorace rubro.
Habitat in Europa.

meſomelus. 9. E. thorace margineque elytrorum ferrugineis, corpore elytrisque nigris.
Habitat in Europa.
Antecedenti paulo major. Pectus in medio nigrum. Annus flavus. Thorax rugis aliquot impreſſis.

caſtaneus. 10. E. thorace teſtaceo pubeſcente, elytris flavis apice nigris, corpore atro. *Fn. ſvec.* 573.
Liſt. loqu. 387. Scarabæus ex fuſco rufeſcens ſ. caſtaneus.
Habitat in Europa.

ferrugineus. 11. E. corpore toto ferrugineo.
Habitat in Svecia.
Reliquis noſtratibus major, Thorace *obſcure ferrugineo.* Antennæ *ſerratæ*, *thorace paulo longiores.*

ſanguineus. 12. E. thorace atro, elytris rubris, corpore nigro. *Faun. ſvec.* 574.
Habitat in Europa.

balteatus. 13. E. thorace atro, elytris antice dimidiato-rubris, corpore nigro. *Fn. ſvec.* 580.
Raj. inſ. 78. *n.* 13. Scarabæus minor, longo & anguſto corpore, elytris bicoloribus e fulvo & nigro, ſaltatrix.
Habitat in Europa.

margina- 14. E. thorace ſubfuſco, elytris teſtaceis margine undique
tus. nigris.
Habitat in Europa.

ſputator. 15. E. thorace fuſco nitido, elytris teſtaceis, corpore nigro.

Eateris *Larvæ etiamnum latent.*

Fn. ſuec. 583. Elater niger elytris fuſcis, antennis pedibusque rufis.
Habitat in Europa.

obſcurus. 16. E. thorace fuſco obſcuro, elytris obſcure teſtaceis.
Habitat in Europa.
Simillimus præcedenti, ſed latior antennisque brevioribus.

triſtis. 17. E. thorace atro nitido, elytris baſi margineque exteriore lividis.
Habitat in Europæ *lignis putridis.*

faſciatus. 18. E. thorace nigricante, elytris nigricantibus: faſcia alba undulata.
Habitat in Europa.

murinus. 19. E. thorace obſcure cinereo, elytris cinereo-nebuloſis, plantis rufis.
Habitat in Europa.

teſſellatus. 20. E. thorace obſcure æneo, elytris fuſcis: maculis pallidioribus confertis, unguibus rubris.
Gadd ſat. 80. Elater niger, pilis minimis flavo-æneis junctim intermixtis.
Habitat in Europa.

æneus. 21. E. thorace elytrisque cæruleſcenti-æneis, pedibus ſanguineis.
Fn. ſuec. 578. Elater viridi-æneus, pedibus fulvis.
Habitat in Europa.

pectinicornis. 22. E. thorace elytrisque æneis, antennis pectinatis.
Fn. ſuec. 575. Elater fuſco-viridi-æneus.
Liſt. loqu. 387. *mut. t.* 17. *f.* 14. Scarabæus nigro-vireſcens, corniculis altero tantum verſu pectinatis.
Habitat in Europa.

niger. 23. E. thorace elytris pedibus corporeque nigris.
Fn. ſuec. 577. Elater totus nigro-fuſcus.
Habitat in Europa.

minutus. 24. E. thorace nigro nitido, elytris nigris obſcuris.
Habitat in Europa.
Magnitudo vix dupla Pediculi.

183. CICINDELA. *Antennæ* ſetaceæ.
Maxillæ prominentes, denticulatæ.
Oculi prominuli.
Thorax rotundato-marginatus.

campeſtris. 1. C. viridis, elytris punctis quinque albis. *Fn. ſvec.* 548. *Mouff. inſ.* 145. *f. infima.* *Jonſt. inſ. t.* 16. *Liſt. loqu.* 386. *mut. t.* 17. *f.* 12.
Habitat in Europæ *campis arenoſis.*

hybrida. 2. C. ſubpurpuraſcens, elytris faſcia lunulisque duabus albis.
Habitat in Europa.

germanica. 3. C. viridis, elytris punctis duobus albis cum lineola apicum.
Habitat in Germania. *P. Forſkål.*
Simillima C. campeſtri, ſed triplo minor, tota æneo-viridis. Elytra *viridia apice lineola albicante & punctis 2 albis ad marginem exteriorem.*

ſylvatica. 4. C. nigra, elytris faſcia punctisque duobus albis.
Fn. ſvec. 549. Cicindela atra, coleoptris maculis ſex faſciaque albis.
Habitat in Europæ *Pinetis.*

maura. 5. C. nigra, elytris punctis ſex albis: tertio & quarto confluentibus.
Habitat Algiriæ. *E. Brander.*
Statura C. campeſtris. Frons alba. Elytra punctis 6 *albis longitudinalibus ad marginem exteriorem: ſed* 3 & 4 *tranſverſe poſitis confluentibus.*

riparia. 6. C. viridi-ænea, elytris punctis latis excavatis. *Fn. ſvec.* 550. *It. æl.* 38. 121.
Liſt. loqu. 385. Scarabæus parvus inauratus.
Habitat in Europæ *humentibus.*

Cicindelæ *inſectorum Tigrides veloces, larvis etiamnum nobis latent.*

aquatica. 7. C. ænea nitida.
Fn. ſuec. 558 Bupreſtis fuſco-ænea nitida, thorace ſubmarginato.
Liſt. mut. t. 31. *f.* 13.
Habitat in Europæ *aquis.*

184. BUPRESTIS. *Antennæ* ſetaceæ longitudine thoracis.

Caput dimidium intra thoracem retractum.

* *Elytris faſtigiatis.*

gigantea. 1. B. elytris faſtigiatis bidentatis rugoſis, corpore inaurato. *M. L. U.*
Sloan. jam. 2 *p.* 210. *t.* 236. *f.* 1, 2. Cantharis maxima, elytris cuprei coloris ſulcatis.
Mer. ſur. t. 50. *f. infima.* *Grew. muſ.* 165. *t.* 13.
Habitat in America, Aſia.

8-guttata. 2. B. elytris faſtigiatis muticis maculis quatuor albis, corpore cæruleo.
It. ſcan. 23. *Uddm. diſſ.* 42.
Habitat in Oceano ad Norvegiam.
Magnitudine *cedit noſtratibus majoribus.* Antennæ *nigræ longitudine thoracis.* Caput *nigrum aut cæruleum, lineola alba ante oculos.* Thorax *niger aut cæruleus margine albo.* Elytra *nigra aut cærulea ſtriata, obtuſiſſima, maculis octo albis longitudinaliter digeſtis.* Abdomen *cæruleum cum linea alba utrinque verſus baſin transverſa, & in ſingulo ſegmento utrinque par punctorum alborum, ut ſint ſub abdomine maculæ* 18 *albæ.* Pedes *cærulei cum puncto albo in femoribus quatuor poſterioribus.* Variat *colore cæruleo, nigro, aureo absque vel cum maculis.*

* * *Elytris verſus apicem ſerratis.*

gnita. 3. B. elytris ſerratis, thorace impreſſo, corpore inaurato, tibiis teretibus. *M. L. U.*
Grew. muſ. 166. *t.* 13. Beetle.
Pet. gaz. t. 20. *f.* 8. *vel t.* 48. *f.* 5?
Habitat in Indiis.
Elytra apice imprimis colore auri candefacti.

4. B.

Bupreſtes *pleræque in aquoſis & ſub aqua degunt.*

ſtricta. 4. B. elytris ſerratis ſulcatis, tibiis angulatis, abdomine glabro. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Thorax a tergo minime impreſſus.

ſternicornis. 5. B. elytris ſerrato-tridentatis, thorace punctato, pectore antrorſum mucronato; corpore inaurato. *M. L. U.*
Grew. muſ. 167. *t.* 13. Carabus orientalis craſſus.
Habitat in India.
Elytra baſi notata puncto depreſſo latiore, colore variant.

mariana. 6. B. elytris ſerratis longitudinaliter rugoſis: maculis duabus impreſſis, thorace ſulcato.
Fn. ſuec. 557. Bupreſtis æneo-nitida ſupra cinerea, coleoptris apice attenuatis.
Pet. gaz. t. 2. *f.* 2. Cantharis marianus viridis perelegans, vaginis ſulcatis ſignaturis flaveſcentibus notatis.
Habitat in Europa, America.

chryſoſtigma. 7. B. elytris ſerratis longitudinaliter ſulcatis, maculis duabus aureis impreſſis, thorace punctato.
Fn. ſuec. 556. Bupreſtis fuſco-ænea, elytris maculis æneis impreſſis.
Habitat in Europa.

ruſtica. 8. B. elytris ſtriatis, thorace punctato.
Fn. ſuec. 555. Bupreſtis viridi-ænea immaculata.
Habitat in Europa.

* * * *Elytris integris.*

faſciculatis. 9. B. elytris integerrimis ſtriatis: punctis faſciculato-villoſis, corpore inaurato hirſuto. *M. L. U.*
Seb. muſ. 2. *p.* 22. *t.* 20. *f.* 5. Scarabæus amboinenſis.
Pet. gaz. t. 13. *f.* 5. Scarabæus obſcure viridis aureus papillis pilis albis obſitis undique hirtus.
Habitat in India.
Elytra punctis quintuplici ſerie digeſtis, barbato-faſciculatis.

hirta. 10. B. elytris integerrimis, pedibus ferrugineis, corpore hirſuto. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Thorax & Elytra hirta.

nitidula. 11. B. elytris integerrimis, thorace marginato utrinque depreſſo, corpore nitidiſſimo.
Habitat in Europæ *aquoſis.*
Magnitudo Culicis. Corpus undique nitidiſſimum & colore varians e viridi, cæruleo aut aureo.

bimaculata. 12. B. elytris integerrimis ſtriatis macula rubra, corpore fuſco-viridi. *M. L. U.*
Habitat in India.
Elytra ſtriis elevatis glabris cum interjectis minoribus crenulatis.

triſtis. 13. B. elytris integerrimis marginatis, corpore cupreo, abdomine punctis decem nigris. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.

cuprea. 14. B. elytris integerrimis, thoracis lateribus ſcabris, ſcutello tuberculari, corpore cupreo lævi. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Scutelli loco punctum prominens.

nobilis. 15. B. elytris integerrimis: faſciis linearibus duabus undatis inauratis, corpore fuſco. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.

4-punctata. 16. B. elytris integerrimis punctatis, thorace punctis quatuor impreſſis, corpore obſcuro.
Fn. ſuec. 559. Bupreſtis atra, thorace punctis impreſſis.
Habitat in Europa.

minuta. 17. B. elytris integerrimis transverſe rugoſis, thorace ſubtrilobo lævi, corpore ovato.
Habitat in Europa.

viridis. 18. B. elytris integerrimis linearibus punctatis, thorace deflexo, corpore viridi elongato.
Habitat in Europa.

linearis. 19. B. lineari-oblonga murino-ænea, thorace poſtice trilobo.
Habitat in America. *Rolander.*

185. DYTISCUS. *Antennæ* ſetaceæ aut clavato-perfoliatæ. *Pedes* poſtici villoſi, natatorii, ſubmutici.

* *Antennis perfoliatis.*

piceus. 1. D. antennis perfoliatis, corpore lævi piceo acuminato.
Fn. ſuec. 561. Dytiſcus antennis perfoliatis fuſcis.
Lyonnet leſſ. tab. 1. *f.* 15. 16. 12.
Habitat in Europa.
Nidus natans mucrone eminente inſtructus.

caraboides. 2. D. antennis perfoliatis, corpore glabro ſtriis aliquot recurvis.
Fn. ſuec. 562. Dytiſcus antennis perfoliatis nigris, elytris lævibus.
Rœſ. aqu. 1. *t.* 4. *f.* 1. 2.
Habitat in Europa.

fuſcipes. 3. D. antennis perfoliatis, elytris ſtriatis margine lividis, pedibus fuſcis. *Fn. ſuec.* 563.
Habitat in Europæ *Aquis.*

* * *Antennis ſetaceis.*

latiſſimus. 4. D. niger, elytrorum marginibus dilatatis linea flava.
Fn. ſuec. 564.
Friſch. inſ. 2. *t.* 7. *f.* 1, 2. Scarabæus aquaticus magnus niger margine luteo.
Habitat in Europæ *Aquis.*

marginalis. 5. D. niger, thorace elytrorumque margine flavis. *Fn. ſuec.* 565.
Raj. inſ. 93. *n.* 1. *Mouff. inſ.* 164. *f. bona.*
Aldr. inſ. 707. *Liſt. mut. t.* 5. *f.* 2.
Rœſ. inſ. 2. *aquat.* 2. *p.* 7. *t.* 1. *f.* 9. 10.
Habitat in Europæ *Aquis.*

ſtriatus. 6. D. fuſcus, elytris transverſe ſubtiliſſime ſtriatis.
Habitat in Europæ *aquoſis.*

fuſcus. 7. D. fuſcus, elytris transverſe ſubſtriatis.
Habitat in Europæ *Aquis.*

8. D.

Dytiſci *Larvæ ſubaquaticæ ſunt voraciſſimi aquatilium Crocodyli. Volatilia noctu exeunt volitantque ad alias aquas.*

cinereus. 8. D. cinereus, elytrorum margine thoracisque medietate flavis. *Fn. ſvec.* 566.
Hoffn. inſ. 2. *t.* 12. *Liſt. mut. t.* 5. *f.* 1.
Rœſ. inſ. 2. *aqu.* 1. *t.* 3. *f.* 6.
Habitat in Europæ *Aquis.*

ſemiſtriatus. 9. D. fuſcus, elytris feminæ ſulcis dimidiatis decem vilosis.
α. Dytiſcus ſupra fuſcus, ſubtus ater. *Fn. ſvec.* 568.
β. Dytiſcus elytris ſtriis viginti dimidiatis. *Fn. ſvec.* 567.
Raj. inſ. 94. *n.* 2. Hydro-Cantharus elytris ſtriatis ſ. canaliculatis.
Friſch. inſ. 2. *t.* 7. *f.* 4. *Rœſ. inſ.* 2. *aqu.* 1. *t.* 1. *f.* 10.
Habitat in Europæ *Aquis.*

ſulcatus. 10. D. elytris ſulcis decem longitudinalibus. *Fn. ſvec.* 569.
Friſch. inſ. 13. *p.* 13. *t.* 7. *Rœſ. aquat.* 1. *t.* 3. *f.* 7.
Bradl. natur. t. 26. *f.* 2. *A.*
Raj. inſ. 569. Hydrocantharus minor, corpore rotundato plano.
Habitat in Europæ *Aquis.*

erytrocephalus. 11. D. ovato-oblongus niger, capite pedibusque rufis. *Fn. ſvec.* 570.
Habitat in Europæ *Aquis.*

maculatus. 12. D. ovatus niger, thorace nigro faſcia pallida, elytris albo-maculatis.
Uddm. diſſ. 43.
Habitat in Europæ *Aquis.*

minutus. 13. D. elytris fuſcis baſi lateribusque pallidis, thorace flavo immaculato, corpore ovato.
Habitat in Europæ *aquoſis.*
Elytra punctis vix conſpicuis adſperſa.

* * * *Antennis clavatis.*

natator. 14. D. ovatus glaber, antennis capite brevioribus obtuſis.
Fn. ſvec. 572.
Pet. gaz. t. 13. *f.* 9. Scarabæus niger ſupra aquam velociter circumnatans.

Raj.

Maribus pedum anteriorum plantæ hemiſphæricæ, Feminis ſæpius elytra ſulcata.

Raj. inſ. 87. *n.* 9. Scarabæus ▽ ſubrotundus e cæruleo viridi ſplendente undique tinctus.
Rœf. app. 1. *p.* 195. *f.* 31.
Habitat in Europæ *lacubus, curſitans ſupra aquam velociſſime; in* America. *Kalm.*

Scarabæoides. 15. D. ovalis convexus ater lævissimus, antennis filiformibus triarticulatis.
Rœſ. inſ. 2. *aqv.* 1. *t.* 4.
Habitat in Europæ *aquis.*
Magnitudo Scarabæi.

186. CARABUS. *Antennæ* ſetaceæ. *Thorax* obcordatus apice truncatus, marginatus. *Elytra* marginata.

* *Majores.*

coriaceus. 1. C. apterus ater opacus, elytris punctis intricatis ſubrugoſis.
Habitat in Germania. *P. Forſkål.*
Inter maximos Europæos numerandus. Totus *ater, lævis.* Elytra *absque ſulcis ex punctis confuſis excavatis confluentibus confertis.* Antennæ *corpore breviores.*

granulatus. 2. C. apterus, elytris longitudinaliter punctatis.
Fn. ſuec. 511. Carabus ater, elytris convexe punctatis ſtriatisque.
β. Carabus niger, elytris ſubvireſcentibus convexe punctatis ſtriatisque. *Fn. ſuec.* 512.
γ. Carabus purpuraſcenti-niger, elytris convexe punctatis ſtriatisque. *Fn. ſuec.* 513.
Raj. inſ. 96. *n.* 2. Cerambyx purpurea punctata.
Liſt. mut. t. 18. *f.* 4. *Hoffn. inſ.* 2. *t.* 3.
Habitat in Lignis *putridis.*

leucophthalmus. 3. C. apterus, elytris lævibus: ſtriis obſoletis octonis.
Fn. ſuec. 515. Carabus ater, elytro ſingulo ſtriis octo.
Habitat in Europa.
Thorax, ratione magnitudinis inſecti, minor quam in reliquis.

4. C.

Carabi *Larvæ ſæpe intra Ligna putrida, muſcos, terram &c. degunt; Volatilia vero inſectorum imprimis Larvarum Leones ſunt, curſu feſtinantes.*

nitens. 4. C. apterus, elytris porcatis: ſulcis ſcabriuſculis inauratis.
Fn. ſuec. 517. & 518. *It. æl.* 96.
Raj. inſ. 96. *n.* 6. Cerambyx dorſo in longas rugulas diviſo, omnium pulcherrimus.
Habitat in Europæ *ſylvis.*

hortenſis. 5. C. apterus, elytris porcatis: punctis æneis excavatis triplici ſerie.
Habitat in Europæ *ſylvis*, *Hortis.*

violaceus. 6. C. alatus, elytris læviuſculis nigris margine aureo, thorace ſubviolaceo. *Fn. ſuec.* 516.
Friſch. inſ. 13. *t.* 23. Scarabæus terreſtris nigricans.
Raj. inſ. 96. *n.* 1. Scarabæus major, corpore oblongo, e purpura nigricans.
Habitat in Europæ *ſylvis.*

cephalotes. 7. C. apterus, elytris atris lævibus, thorace exſerto oblongo.
Friſch. inſ. 13. *p.* 25. *t.* 22. Scarabæus.
Habitat in Europa.

inquiſitor. 8. C. elytris ſtriatis viridi-æneis: punctis triplici ordine.
Roland. act. Stockh. 1750. *p.* 292. *t.* 7. *f.* 3. Carabus alatus viridi-æneus, concave punctatis ſtriatisque, pedibus antennisque nigris.
Habitat in Europæ *arboribus larvis Papilionum Phalænarumque victitans.*
Elytra aurata margine viridi. Thorax breviſſimus.

ſycophanta. 9. C. aureo-nitens, thorace cæruleo, elytris aureo-viridibus ſtriatis, abdomine ſubatro.
Reaum. inſ. 2. *t.* 37. *f.* 18.
Habitat in Europa.
Maximus europæus. Caput & Antennæ nigra; margines thoracis elytrorumque aurei. Elytra ſtriis 15 *crenatis.*

* * *Minores.*

lividus. 10. C. thorace ferrugineo, elytris nigris: lateribus lividis.
Habitat in Europa.

crepitans. 11. C. thorace capite pedibusque ferrugineis, elytris nigris.

Ro-

Roland. Act. Stockh. 1750. *p.* 292. *t.* 7. *f.* 2. Cicindela capite thorace pedibusque rufis, elytris nigro-cæruleis.
Habitat in Europa.

americanus. 12. C. niger, thorace pedibus antennisque ferrugineis.
Habitat in America. *Rolander.*
Similis C. crepitanti, ſed quadruplo major.

ſpinipes. 13. C. piceus, thorace linea excavata longitudinali, manibus ſpinoſis.
Habitat in Europa.
Poſtice pallidior eſt.

cyanocephalus. 14. C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque cyaneis.
Fn. ſvec. 525. Carabus capite elytrisque cæruleis, thorace rubro.
Habitat in Europa.

melanocephalus. 15. C. thorace pedibusque ferrugineis, elytris capiteque atris.
Fn. ſvec. 526. Carabus capite elytrisque atris, thorace rubro.
β. *Fn. ſvec.* 524. Carabus niger, thorace antennis pedibusque ferrugineis.
Habitat in Europa.

vaporariorum. 16. C. thorace fuſco, pedibus antennis elytrisque antice ferrugineis.
Fn. ſvec. 529. Carabus ater, elytris antice griſeis.
Habitat in Europa.

latus. 17. C. niger, pedibus antennisque rufis. *Fn. ſvec.* 521.
Habitat in Europa; *in* America *ſeptentrionali. Kalm.*

ferrugineus. 18. C. ferrugineus, thorace glaberrimo.
Habitat in Europa.

germanus. 19. C. niger, capite pedibus elytrisque teſtaceis, elytris apice violaceis.
Habitat in Germania. *P. Forſkål.*

vulgaris. 20. C. nigro-æneus, pedibus antennisque nigris. *Faun. ſvec.* 527.
Habitat in Europa.

21. C.

cærule-ſcens. 21. C. nigro-cæruleus, antennis baſi rubris.
Habitat in Europa.

cupreus. 22. C. æneus, antennis baſi rubris.
Habitat in Europa.

piceus. 23. C. niger, pedibus antennisque piceis.
Habitat in Europa.

margina-tus. 24. C. niger, elytris margine flavis.
Habitat in Europa.
Corpus *totum viridiſſimum.* Elytra *vix manifeſte ſtriata.* Thoracis *margo ferrugineus, ſed vix conſpicuus.* Elytrorum *margo exterior omnino flavus.* Pedes *ſubfuſci.* Antennæ *nigræ.* Variat *capite thoraceque æneis.*

multipunctatus. 25. C. ſubæneus, elytris punctis vagis plurimis impreſſis.
Habitat in Europa.

6-punctatus. 26. C. ſubæneus, elytris punctis longitudinalibus ſex impreſſis.
Fn. ſuec. 519. Carabus nitens, capite thoraceque cyaneo, elytris purpureis.
Habitat in Europa.

uſtulatus. 27. C. thorace nigricante, elytris obſcuris bifaſciatis.
Fn. ſuec. 528. Carabus niger, coleoptris pone faſcia ferruginea; lateribus macula ferruginea.
Habitat in Europa.

crux major. 28. C. thorace capiteque nigro-rubeſcente, coleoptris ferrugineis cruce nigra.
Habitat in Europa.

crux minor. 29. C. thorace luteo glabro, elytris poſtice nigris: maculis duabus flavis.
Habitat in Europa.

4-maculatus. 30. C. thorace flavo, elytris obtuſiſſimis fuſcis: maculis duabus albis.
Fn. ſuec. 532. Carabus niger, thorace ferrugineo, elytrorum maculis 4 lividis.
Habitat in Europa.

atricapillus. 31. C. flavus, capite nigro, elytris obtuſiſſimis.
Habitat in Germania. *P. Forſkål.*

187. TENEBRIO. *Antennæ* moniliformes articulo ultimo ſubrotundo.
Thorax plano-convexus, marginatus. *Caput* exſertum.
Elytra rigidiuſcula.

* *Alati.*

molitor. 1. T. niger totus.
Fn. ſuec. 547. Mordella antennarum articulis lentiformibus: ultimo globoſo.
Friſch. inſ. 4. *p.* 1. *t.* 1.
Habitat in Farina *piſtorum*, *Molendinis*, *Pane ſicco*, *ſaccharato.*
Larva pallida, 13 *ſegmentis*, *glabra*, *Luſciniis accepta.*

maurita-nicus. 2. T. niger ſubtus piceus, thoracis marginibus antice poſticeque dente angulatis.
Habitat Algiriæ. *E. Brander.*
Similis præcedenti, ſed quintuplo minor, ſupra totus niger, ſubtus, pedibus antennisque, piceus. Elytra *ſtriata.* Thoracis *margo antice dente utrinque prominulo, & poſtice dente obſoleto.*

culinaris. 3. T. ferrugineus, elytris ſtriatis.
Fn. ſuec. 546. Mordella ferrugineo-rufa, thorace antice depreſſo.
Habitat in quisquiliis.

barbarus. 4. T. ater glaberrimus, thorace orbiculato, capitis clypeo antice margine elevato.
Habitat in Mauritania. *E. Brander.*
Glaber & nitidus, magnitudine Carabi mediocris; Elytra cohærent poſtice vix acuta.

Foſſor. 5. T. piceus, digitis anticis palmato-digitatis.
Habitat in collibus arenoſis, quos perfodit Upſaliæ. *Rolander.*
Pedes *anteriores Scarabæi, dentati*; Thorax *poſtice magis elongatus. Præcedentibus quadruplo minor.*

Tenebrionis *Larvæ vivunt in ſuffocatis locis & quisquiliis; plures in farina aliisque cibariis.*

Curſor. 6. T. fuſcus, thorace oblongo: angulis quinque denticulatis.
Habitat in Sveciæ *domibus.*
Longitudo Pediculi, ſubcylindricus, anguſtus.

pediculaſ- 7. T. niger, elytris faſciis duabus flavis latis.
rius. *Habitat in* Europa.

erraticus. 8. T. niger, antennis thorace ſuborbiculato elytrisque ferrugineis, elytris apice fuſcis.
Habitat in Europa.

pallens. 9. T. pallide teſtaceus.
Habitat in Europa.

* * *Apteri.*

mortiſa- 10. T. apterus, coleoptris mucronatis.
gus. *Fn. ſvec.* 594. Tenebrio ater, coleoptris acuminatis.
Mouff. inſ. 139. Blatta fœtida. *Aldr. inſ.* 499.
Jonſt. inſ. t. 16. *f.* . . *Friſch. inſ.* 13. *t.* 25.
Pet. gaz. t. 24. *f.* 7. Scarabæus impennis tardipes.
Habitat in umbroſis *ſuffocatis.*

Batis. 72. P. *Noctua* ſpirilinguis lævis, alis depreſſis: ſuperioribus fuſcis, maculis ſimul quinque albidis; inferioribus albis.

Mer.

Mer. cur. 3. *t.* 21. *f.* 1. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 7. *f.* 2.
Habitat in Rubo.

trapezina. 73. P. *Noctua* ſpirilinguis lævis, alis depreſſis pallidis faſcia latiſſima ſaturatiore puncto nigro margineque punctato.
Mer. europ. t. 11.
Habitat in Europa.
Alarum faſcia trapeziformis eſt cum puncto nigro in medio; margo poſticus ſupra punctorum nigrorum ſerie notatus.

lucernea. 74. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis cinereis immaculatis: ſtrigis tribus repandis albidis, collari bifido.
Habitat in Europa.
Alæ absque macula, complanatæ, fere canæ; collare erectum cordis inſtar biſidum.

pellex. 75. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis fuſcis lineis tribus maculaque transverſa; inferioribus diſco albis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Abdomen album ano rubro. Alæ inferiores margine fuſco: punctis tribus albis.

glyphica. 76. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis patulis fuſceſcentibus maculis hieroglyphicis nigris; ſubtus faſcia atra.
Fn. ſuec. 847.
Hoffn. pict. 4. *t.* 11. *f.* 3. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 49. *f.* 14?
Habitat in Verbaſco.
Minima, Ph graminis magnitudine, Geometræ ſimilis; Alæ characteribus anomalis fuſcis, luteo marginatis cum puncto nigro.

pallens. 77. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis deflexis pallidis immaculatis: marginibus poſticis ſubtus nigro punctatis.
Habitat in Europa.

ruſſula. 78. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis fulvis rubro-venoſis; inferioribus nigro-variegatis.
Habitat in Europa.
Simillima P. Bombyci Sannioni, ut facile tantum ſexu differre credatur.

leporina. 79. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis deflexis albis: punctis nigris ramoſis.

De Geer. inſ. 1. *t.* 12. *f.* 10, 11, 17.
Habitat in Alno, Salice.
Similis Ph. lubricipedæ, ſed alæ paucioribus punctis adſperſæ & corpus album, nec flavum, nec Abdomen nigro punctatum.

ornatrix. 80. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis depreſſis rubris atro-punctatis; inferioribus albo nigroque variis. *M. L. U.*
Habitat in America.
Alæ ſuperiores ſupra flaveſcentes margine rubro punctis nigris: ſubtus rubræ; inferiores maculis nigris; magnitudo P. Argi.

Jacobææ. 81. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis fuſcis: lineis punctisque duobus; inferioribusque totis rubris. *Faun. ſuec.* 869.
It. œl. 120.
Mouff. inſ. 97. *f. antep.*
Rob. ic. 1. *t.* 20.
Gœd. inſ. 1. *t.* 9.
Liſt. gœd. t. 54.
Blank. inſ. t. 1. *f. G. K.*
Pet. gaz. t. 33. *f.* 6.
Raj. inſ. 168. *n.* 26.
Mer. eur. 3. *t.* 28.
Alb. inſ. t. 34. *f. G. H.*
Reaum. inſ. 1. *t.* 16. *f.* 4-7.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 49.
Wilk. pap. 26. *t.* 3. *a.* 1.
Habitat in Jacobæa Senecionis.
Larva *piloſa, albo luteoque annulata.*

helicoonia. 82. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis deflexis fuſcis coloribus: ſuperioribus linea; inferioribus baſi albis. *M. L. U.*
Habitat in Calidis *regionibus.*
Abdomen flavum trifariam fuſco-maculatum.

rubricollis. 83. P. *Noctua* ſeticornis lævis nigra, collari purpureo, abdomine flavo. *Fn. ſuec.* 881.
Habitat in Europa.

quadra. 84. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis depreſſis luteis: ſuperioribus punctis duobus atris.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 17.
Wilk. pap. 24. *t.* 3. *a.* 17.
Habitat in Pinu, Quercu.
Larva *piloſa dorſo punctis rubris maculaque nigra; lateribus lineis nigris. Phalæna in multis accedit phalangi Tinearum.*

85. P.

complana. 85. P. *Noctua* ſeticornis lævis, alis depreſſis: ſuperioribus caneſcentibus: exteriori margine inferioribusque totis flavis. *Fn. ſvec.* 918.
Alb. inſ. t. 70. *f. G. H.*
Habitat in Quercu.

* * * NOCTUÆ *ſpirilingues dorſo criſtato.*

Pacta. 86. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis cinereſcentibus; inferioribus rubris faſciis duabus nigris.
Merian. eur. 3. *t.* 38. *f.* 139.
Alb. inſ. 80.
Reaum. inſ. 1. *t.* 32. *f.* 6, 7.
Roeſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 15.
Wilk. pap. 17. *t.* 2. *b.* 1.
Uddm. diſſ. 73. *f.* 10.
β. *Wilk. pap.* 33. *t.* 1. *a.* 1.
Habitat in Salice, Quercu.
Larva *fuſca, ſubvilloſa, ſubtus ferruginea.*
Varietas *major in Europa auſtraliore vix niſi ſextupla magnitudine differt, nec Larva diſſentit.*

Pronuba. 87. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis incumbentibus griſeis; inferioribus luteis: faſcia atra ſubmarginali.
Fn. ſvec. 870.
Goed. inſ. 1. *t.* 14.
Liſt. goed. f. 41.
Blank. inſ. t. 6. *f. D. F.*
Raj. inſ. 237. *n.* 18.
Wilk. pap. 1. *t.* 1. *a.* 1.
Mer. eur. t. 49.
Alb. inſ. t. 72. *f. C. D.*
Friſch. inſ. 10. *t.* 15. *f.* 4.
Reaum. inſ. 1. *t.* 41. *f.* 4.
1. *t.* 14. *f.* 89.
Habitat in Cheirantho, Thlaſpi, Senecione, Primula.
Larva *nuda, teſtacea, linea dorſali nigra interrupta.*

maura. 88. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis depreſſis dentatis: faſciis duabus nigris; inferioribus nigris faſcia alba.
Habitat in Mauritania. *E. Brander.*
Alæ poſtice dentatæ; ſuperiores luridæ, faſciatæ.
Alæ inferiores & ſuperiores ſubtus faſcia transverſa angusta pallida; præterea margo poſticus ſubtus faſcia albida.

Fraxini. 89. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis cinereo nebuloſis; inferioribus ſupra nigris faſcia cæruleſcente.
Mer. eur. t. 46.
Wilk. pap. 45. *t.* 1. *a.* 2.
Habitat in Fraxino.

90. P.

Chrysitis. 90. P. *Noctua* spirilinguis cristata, alis deflexis: superioribus orichalceis fascia grisea. *Fn. svec.* 875.
Raj. ins. 182. *Merian. eur.* 1. *t.* 39.
Alb. ins. t. 71.
Habitat in Galeopside, Mentha.

Gamma. 91. P. *Noctua* spirilinguis cristata, alis deflexis: superioribus fuscis λ aureo inscriptis. *Fn. svec.* 873.
Gœd. ins. 2. *t.* 21. *Alb. ins. t.* 79. *f. G. H.*
List. gœd. f. 14. *Frisch. ins.* 5. *t.* 15.
Blank. ins. t. 8. *f. N. P.* *Reaum. ins.* 2. *t.* 26, 27. *f.* 5.
Pet. gaz. t. 64. *f.* 6. *Rœs. ins.* 1. *phal.* 3. *t.* 5.
Raj. ins. 163. *n.* 17. *Wilk. pap.* 34. *t.* 2. *a.* 1.
Mer. eur. 82. *f.* 78.
Habitat in Abrotano, Boragine, Lactuca.
Larva *geometrica*, 12-*poda*, *viridis*, *subpilosa*, *nec ideo ad Geometras amandanda.*

Interrogationis. 92. P. *Noctua* spirilinguis cristata, alis deflexis: superioribus cinereis signo ? albo inscriptis.
Habitat in Europa.

Jota. 93. P. *Noctua* spirilinguis cristata, alis deflexis: superioribus ferrugineo griseis *i* resupinato aureo inscriptis.
Habitat in Germania. *P. Forskål.*
Magnitudo trium præcedentium. Corpus griseum. Crista collaris semiorbicularis; dorsalis thoracis bifida; supra-abdominalis infundibuliformis. Alæ superiores griseo fuscoque variæ; in medio versus marginem tenuiorem magis luteæ; in centro alæ jota græcum s. signum interrogationis aureum, a præcedentis speciei diversissimum.

Festucæ. 94. P. *Noctua* spirilinguis cristata, alis deflexis: superioribus flavo ferrugineoque variis: maculis tribus argenteis.
Alb. ins. t. 84. *f. G. H.* *Wilk. pap.* 8. *t.* 1. *a.* 17.
Pet. guz. t. 7. *f.* 7. *Act. Stockh.* 1748. *t.* 6. *f.* 3, 4.
Habitat in Festuca fluitante.
Larva *nuda*, *viridis.*

meticulosa. 95. P. *Noctua* spirilinguis cristata, alis erosis pallidis: superioribus basi incarnata triangulo fusco.
Fn. svec. 815.
Gœd. ins. 1. *t.* 56. *Reaum. ins.* 1. *t.* 8. *f.* 25, 26.
List. gœd. f. 44. 1. *t.* 14. *f.* 12, 13.

Mer. eur. t. 24.
Alb. inſ. t. 13.
De Geer inſ. 1. *t.* 5. *f.* 14.
Wilk. pap. 3. *t.* 1. *a.* 3.
Habitat in Cheirantho, Mercuriali, Urtica.
Larva *nuda*, *viridis*, *lineis lateralibus albis.*

Pſi. 96. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis canis: ſuperioribus characteribus ψ nigris. *Fn. ſuec.* 879.
Gœd. inſ. 1. *t.* 22.
Liſt. gœd. f. 92.
Raj. inſ. 350.
Mer. eur. 3. *t.* 42.
Alb. inſ. t. 86.
Friſch. inſ. 2. *t.* 2.
Reaum. inſ. 1. *t.* 42. *f.* 5, 6.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 7, 8.
Wilk. pap. 28. *t.* 3. *b.* 4.
Habitat in Alno, Corylo, Quercu, Malo.
Larva *piloſa*, *dorſo flavo*, *lateribus nigris rubro-maculatis*, *thorace ſupra cornu erecto nigro.*

Chi. 97. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis canis: ſuperioribus χ nigro notatis.
Alb. inſ. t. 83. *f. C. D.* *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 13.
Habitat in Aquilegia, Delphinio, Soncho.
Larva *nuda*, *viridis*, *lateribus lineis* 2 *flavis.*

Aceris. 98. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis canis: ſuperioribus lineolis undatis annuloque ovali nigris.
Alb. inſ. t. 83.
Friſch. inſ. 1. *t.* 5.
Reaum. inſ. 1. *t.* 34. *f.* 11.
Wilk. pap. 32. *t.* 3. *c.* 6.
Habitat in Acere, Æſculo, Juglande.
Larva *hirſuta*, *faſciculis tecta flavis rubrisque*, *dorſo albo nigro maculato.*

aprilina. 99. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus virentibus faſcia maculisque atris: poſtice punctis trigonis.
De Geer inſ. 1. *t.* 5. *f.* 22, 23.
Habitat in Europa.

ludifica. 100. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus virentibus, abdomineque flavo nigro punctatis.
Habitat in Europa.
Simillima Ph. aprilinæ, *at diverſa flavedine & thorace maculato.*

occulta. 101. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuſco nebuloſis ſtriga inferioribusque brevioribus margine albis.

Habi-

Habitat in Europa. *Tych. Hulm. M. D.*
Faſcia linearis repanda alba, ſupra ſuperiores ubi inferiores terminantur margine poſtico utrinque albo: alæ inferiores multo breviores ſunt.

conſpicillaris. 102. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis incumbenti planis: pallide griſeis, oculorum operculis orbiculatis.
Habitat in Europa. *T. Bergman*
Alæ inferiores ſubtus albidæ, pone punctum faſcia obſoleta e punctis diſtinctis, præter illa quæ alas terminant.

umbratica. 103. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis lanceolatis canis ſtriatis, thoracis valvulis lunatis.
Reaum. inſ. 1. *t.* 43. *f.* 9, 11.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 25.
Habitat in Soncho.
Larva *nuda, nigricans, trifariam rubro-punctata.*

exſoleta. 104. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis lanceolatis convolutis exſoletis dorſo fuſceſcentibus, collari compreſſo.
Friſch. inſ. 5. *t.* 11. *f.* 1. *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 24.
Wilk. pap. 8. *t.* 1. *a.* 18.
Habitat in Chenopodio Vulvaria, Atriplice, Piſo, Campanula.
Larva *nuda, viridis, punctata, linea laterali albida.*
Ph. color ligni putreſcentis admodum exſoleti.

Verbaſci. 105. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis obſoletis margine laterali fuſcis.
Raj. inſ. 169. *n.* 125. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 43.
Merian. eur. 3. *t.* 29. *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2 *t.* 23.
Friſch. inſ. 6. *t.* 9. *Wilk. pap.* 7. *t.* 1. *a.* 15.
Alb. inſ. t. 13.
Habitat in Verbaſco, Scrophularia.
Larva *nuda, cinerea flavaque maculis nigris.*
Ph. ſimilis Ph. exſoletæ, ſed dimidio brevior.

exclamationis. 106. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis incumbentibus fuſcis lineola atra maculaque cordata, inferioribus albis.
Habitat in Europa.
Alæ ſuperiores verſus baſin lineola atra latiuſcula brevi, quam ſequitur in medio macula cordata fuſca, apice anteriora ſpectante. Thorax antice lunula atra bifida.

gothica. 107. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus fuſceſcentibus: arcu nigro linea alba marginato.
Habitat in Europa.
Alæ in medio Arcu nigro extrorſum verſo, margine undique albo, cum adjecto Puncto nigro ad latus interius.

ſcabriuſcula. 108. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuſcis: margine dorſali poſticoque pallidis.
Habitat in Europa.
Criſtæ in dorſo ipſius abdominis 4 pone thoracem gibbum.

ſtrigilis. 109. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis nebuloſis: denticulis ſetaceis intra faſciam albam terminalem.
Habitat in Europa.
Inter congeneres parva. Alæ griſeo-cinereæ tribus annulis ovalibus nigris; faſcia alba alas terminans latior, intra quam area fuſca inſerit 5 vel 6 ſtrias nigras fere ad ejus medium.

C nigrum. 110. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis depreſſis cinereis macula nigra extus obſoleta lineolaque apicis atra.
Fn. ſvec. 874.
Habitat in Europa.
Lineola nigra ante apicem ad marginem exteriorem.

Braſſicæ. 111. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis depreſſis cinereo nebuloſis: unco nigro ſupra maculam priorem.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 29.
Habitat in Braſſica.
Larva *fuſco-viridis punctis lateralibus rubris.*

Rumicis. 112. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis cinereis bimaculatis: litura marginis tenuioris alba.
Mer. eur. t. 82. *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 27.
Alb. inſ. t. 32. *Wilk. pap.* 26. *t.* 3. *a.* 1.
Habitat in Rumice, Soncho.
Larva *piloſa, nigra, punctis rubris albisque mixtis.*

Oxyacanthæ. 113. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis bimaculatis margine tenuiore cæruleſcente. †
Alb. inſ. t. 14. *Wilk. pap.* 12. *t.* 1. *c.* 1.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 33.
Habitat in Atriplice, Oxyacantha, Pruno ſpinoſa.
Larva *inæqualis, albo nigroque varia, cauda gibba.*

oleracea. 114. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus fuſceſcentibus bimaculatis, ſtriga marginis poſtica bidentata.
Fn. ſvec. 871.
Mer. eur. 1. *t.* 43? *Reaum. inſ.* 2. *t.* 39. *f.* 4?
Alb. inſ. 27. *t.* 40? *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 32.
Habitat in Olerum *radicibus, quas conſumit.*
Larva *livida, nuda, latere linea nigricante, ſubtus ſubincarnata.*

Piſi. 115. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis ferrugineocinereis bimaculatis: ſtriga poſtica pallida.
Fn. ſvec. 878.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 52.
Wilk. pap. 4. *t.* 1. *a.* 7.
Habitat in Piſo, Geniſta, *legumina conſumens; interdum in Cucumere? Groſſularia?*
Larva *nuda, ferrugine a lineis* 4 *flavis.*

Atriplicis. 116. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata: alis deflexis nebulofis litura fulva. †
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 31.
Wilk. pap. 3. *t.* 1. *a.* 2.
Habitat in Atriplice, Rumice.
Larva *lævis, nuda, ruſeſcens punctis albis.*

præcox. 117. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis cinereis bimaculatis poſtice rufo-ſubfaſciatis. †
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 51.
Habitat in Soncho.
Larva *lævis, nuda, ferruginea linea dorſali alba.*

triplaſia. 118. P. *Noctua* ſpirilinguis, alis deflexis: ſuperioribus arcu duplici contrario maculisque tribus glaucis intermediis.
Mer. eur. t. 97.
De Geer inſ. 1. *t.* 6. *f.* 20, 21.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 2. *t.* 34.
Habitat in Soncho, Humulo.
Larva *nuda, viridis gibberibus* 2 *dorſi &* 1 *ani fuſcis.*
Criſta thoracis reflexa, alta, pallida. Alæ ſuperiores griſeo-cinereæ arcu ferrugineo in ala antica & poſtica. Maculæ tres interjectæ glaucæ, quarum duæ verſus marginem lateralem.

pyramidea. 119. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis fuſcis: ſuperioribus ſtrigis tribus flaveſcentibus repandis. †
Merian. eur. 2. *p.* 23. *t.* 9. *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 11. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 15. *f.* 1-5.
Habitat in Pruno, Juglande, Quercu.
Larva *poſtice conico-gibba, nuda, viridis linea dorſali flava, laterali alba.*
Abdomen Phalænæ ad latera punctis 3 *ſ.* 4 *albis notatur, ut in Ph. C nigro.*

flavicornis. 120. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis ſuperioribus cinereis: ſtrigis tribus atris, antennis luteis.
Habitat in Svecia. *T. Bergman.*

leucomelas. 121. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis nigricante nebulo-ſis; inferioribus niveis poſtice faſcia lata nigra.
Habitat in Europa.
Alæ inferiores a medio ad baſin lacteæ, a medio verſus apicem nigræ, ſed apice ipſo albicantes.

typica. 122. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis fuſceſcentibus: macula reniformi, ſtrigis pallidis reticulatis.
Rœſ. inſ. 2. *phal.* 2. *t.* 56. *Mer. eur. t.* 81?
Habitat in Salice.
Larva *viridis, nuda, griſea, lineis lateralibus flavis.*

lucipara. 123. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata: alis purpuraſcentibus; faſcia nigra macula poſtica flava.
Habitat in Europa.

Delphinii. 124. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis purpuraſcentibus: faſciis duabus flaveſcentibus; inferioribus obſcuris. †
Mer. eur. 1. *t.* 40. *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 2. *t.* 12. *Wilk. pap.* 3. *t.* 1. *a.* 4.
Habitat in Delphinio.
Larva *nuda, flaveſcens, nigro-punctata.*

citrago. 125. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis luteis: ſuperioribus faſciis tribus ferrugineis obliquis.
Albin. inſ. t. 33. *Wilk. inſ.* 5. *t.* 1. *a.* 8.
Habitat in Pado, Salice.
Larva *nuda, fuſca, lateribus flava.*

126. P.

Superſedere *coactus plurimas ſpecies cineritiarum, nec non minutiſſimarum, facie, etiam Auctorum picturis, notas, ſed mihi aptis verbis non indigitandas.*

Secalis. 126. P. *Noctua* ſpirilinguis criſtata, alis deflexis: ſuperioribus griſeo-fuſcis ſtriatis: macula reniformi A latino.
Roland. Act. Stockh. 1752. *p.* 62.
Habitat intra culmos Secalis, *conſumta intra vaginam folii parte culmi, migrat in aliam plantam, unde ſpicæ albæ.*

* 3 * GEOMETRÆ *pectinatæ, alis poſticis ſubangulatis.*

lactearia. 127. P. *Geometra* bipectinicornis, alis angulatis albis immaculatis, antennis apice ſetaceis.
Fn. ſuec. 865.
Habitat in Europa.

falcataria. 128. P. *Geometra* pectinicornis, alis falcatis glaucis: anticis undis faſciaque griſeis puncto fuſco.
De Geer inſ. 1. *t.* 24. *f.* 7.
Habitat in Betula alba, Alno.
Mas puncto ferrugineo in medio alæ juxta faſciam, quo femina caret. Larva *eſt coarctata uti Lacertinariæ. Bergman.*

Sambucaria. 129. P. *Geometra* pectinicornis, alis caudato-angulatis flavescentibus lineis duabus; poſticis apicibus bipunctatis.
Gœd. inſ. 2. *t.* 34.
Liſt. gœd. f. 10
Pet. gaz. t. 51. *f.* 6.
Raj. inſ. 177. *n.* 9.
Alb. inſ. t. 94.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 3. *t.* 6.
Wilk. pap. 38. *t.* 1. *b.* 2.
Habitat in Sambuco.
Larva *geometra, lævis, pulla.*

lacertinaria. 130. P. *Geometra* pectinicornis, alis eroſis luteſcentibus poſtice ſaturatioribus: lineis duabus punctoque fuſcis.
Alb. inſ. 65.
Reaum. inſ. 2. *t.* 22. *f.* 4, 6.
De Geer inſ. 1. *t.* 10. *f.* 7, 8.
Wilk. pap. 14. *t.* 1. *e.* 3.
Habitat in Quercu.
Larva *cauda ſimplici, apoda, Vinulæ affinis, nuda, rubra, dorſo angulato.*

Alniaria. 131. P. *Geometra* pectinicornis, alis eroſis flavis: ſtrigis duabus fuſcis. *Fn. ſuec.* 834.

Geometrarum *Larvæ pedibus pectoralibus 6, caudalibus 2, ſubcaudalibus 2 pleræque inſtruuntur, hinc incedunt fere uti Hirundines; & quieſcunt erectæ; harum pectinicornium Larvæ imprimis referunt ita vamulum ultimum cui inſident, ut difficile ab eo diſtinguantur.*

De Geer inſ. 1. *t.* 10. *f.* 13, 14.
Rœſ inſ. 1. *phal.* 3. *t.* 1?
Habitat in Alno.

Syringaria. 132. P. *Geometra* pectinicornis, alis ſuberoſis: omnibus griſeo-flaveſcentibus, ſtrigis repandis punctisque duobus fuſcis. †
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 3. *t.* 10.
Wilk. pap 39. *t.* 1. *b.* 6.
Habitat in Syringa, Jaſmino.
Larva *glauco luteoque varia, dorſo aculeata, ſpinaque lutea curva.*

Prunaria. 133. P. *Geometra* pectinicornis, alis ſubdentatis luteis fuſco-pulverulentis: anticis lunula fuſca.
Wilk. pap 40. *t.* 1, 6, 8. *f.* 1, 2. *Uddm. diſſ.* 69.
Alb. inſ. 42. *t.* 69.
Habitat in Pruno ſpinoſa.
Larva *geometra, ferruginea, dorſo antice poſticeque ſpinis* 2.
Mas alis luteis, Femina flavis.

* * GEOMETRÆ *pectinicornes, Alis rotundatis.*

Piniaria. 134. P. *Geometra* pectinicornis, alis omnibus fuſcis: diſco bimaculato-albo: ſubtus nebuloſo-ſubfaſciatis.
Fn. ſvec. 839. *Uddm. diſſ.* 64.
Habitat in Pinu.

Tiliaria. 135. P. *Geometra* pectinicornis, alis luteſcentibus erigatis: ſubtus nebuloſo-faſciatis linea alba interrupta.
Fn. ſvec. 818.
Reaum. inſ. 2. *t.* 28. *f.* 6.
Habitat in Tilia.

vulpinaria. 136. P. *Geometra* pectinicornis, alis anticis flaveſcentibus lunula ferruginea marginibusque rubris; ſubtus fuſcis.
Fn. ſvec. 837.
Robert. ic. t. 30. *f.* 1. *Raj. inſ.* 228. *n.* 75.
Habitat in Gramine.

elinguaria. 137. P. *Geometra* pectinicornis, alis flavis: anticis faſcia lata lutea: medio puncto nigro.

Rœſ.

† Geometrarum *pectinicornium feminæ pleræque anteunis ſimplicibus ſetaceis ſunt, proinde ſexus completus acquirendus.*

Rœſ. inſ. 1. *phal.* 3. *t.* 9.
Habitat in Pyro.
Larva *geometra, lævis, ramiformis. Ph. Geometra elinguis.*

melanaria. 138. P. *Geometra* pectinicornis, alis nigro-punctatis maculatis: anticis albidis; poſterioribus luteis.
Udd. diſſ. 65.
Habitat in Europa.

macularia. 139. P. *Geometra* pectinicornis, alis omnibus nigro-maculatis flavis.
Habitat in Germania.
Præcedenti ſimillima, ſed minor & alis etiam ſuperioribus flavis. Antennæ in mea ſetaceæ, ſed femina.

atomaria. 140. P. *Geometra* pectinicornis, alis omnibus luteſcentibus: faſciis atomisque fuſcis.
Faun. ſvec. 840.
Friſch. inſ. 13. *p.* 12. *t.* 5.
Alb. inſ. 42. *f.* 69?
Habitat in Tilia.

pulveraria. 141. P. *Geometra* pectinicornis, alis omnibus teſtaceo-pulverulentis: faſcia lata ferruginea.
Habitat in Europa.

faſciaria. 142. P. *Geometra* pectinicornis, alis omnibus cinereis: faſcia lata ferruginea.
Habitat in Europa.

Betularia. 143. P. *Geometra* pectinicornis: alis omnibus albis ſubfaſciatis atomisque nigris, thorace faſcia atra. *Faun. ſvec.* 850.
Pet. gaz. t. 7. *f.* 8.
Act. Stockh. 1755. *p.* 214. *t.* 6. *f.* 3.
Alb. inſ. t. 91, 92, 40, 41. *Gadd ſatag.* 82.
Wilk. pap. 38. *t.* 1. *b.* 1.
Habitat in Betula, Ulmo, Roſa.
Larva *geometra pallida, poſtice maculis* 2 *atris.*

ſcopularia. 144. P. *Geometra* pectinicornis, alis caneſcentibus: faſciis tribus obſcurioribus; poſticis albidis.
Habitat in Europa.
Magnitudo & ſtatura antecedentis; lunula nigra ſub alis inferioribus.

wauaria. 145. P. *Geometra* pectinicornis, alis cinereis: anticis fasciis quatuor nigris abbreviatis inæqualibus. *Faun. suec.* 845.

Gœd. inf. 1. *t.* 35.
List. gœd. t. 12.
Pet. mus. 3. *n.* 4.
Raj. inf. 179.
Alb. inf. 47. *f.* 78.
Merian. eur. 1. *t.* 25. *f.* 151.
Frisch. inf. 3. *t.* 3. *f.* 1.
Rœs. inf. 1. *phal.* 3. *t.* 4.
Wilk. pap. 24. *t.* 2. *a.* 2.

Habitat in Grossularia, Ribe rubro.
Larva *geometra*, *viridis*, *subpilosa.*

tentacularia. 146. P. *Geometra* pectinicornis, alis omnibus cinerascentibus strigis obsoletis, palpis longitudine antennarum.

Fn. suec. 841.
De Geer inf. 1. *t.* 5. *f.* 1.

Habitat in Europa.
Palpi compresso-ciliares uniarticulati longitudine fere antennarum, porrecti apicibus divaricatis.

purpuraria. 147. P. *Geometra* pectinicornis, alis luteis margine anticarumque fasciis duabus purpureis.

Gœd. inf. 2. *t.* 12.
List. gœd. 60.
Uddm. diss. 69.

Habitat in Quercu, Pruno spinosa.
Minima, cum sequenti, facile inter Geometras est.

prosapiaria. 148. P. *Geometra* pectinicornis, alis lutescentibus: fasciis utrinque duabus saturatioribus.

Uddm. diss. 66.

Habitat in Europa.

punctaria. 149. P. *Geometra* pectinicornis: alis cinereo-grisescentibus: striga ferruginea ordineque transverso punctorum atrorum.

Uddm. diss. 67.

Habitat in Finlandia.
Ordo punctorum in medio, pone strigam, in utraque pagina omnium alarum, distinctissimus est.

pusaria. 150. P. *Geometra* pectinicornis, alis omnibus niveis: strigis tribus obsoletis.

Habitat in Europa.

papilionaria. 151. P. *Geometra* pectinicornis, alis omnibus viridibus erectis: striga sesquialtera pallida repanda.

Fn. suec. 922.
Frisch. inf. 10. *t.* 17.

Habi-

Habitat in Thymo?
Conf. Rœſ. inſ. 1. *phal.* 3. *t.* 12. *Wilk. pap.* 37. *t.* 1. *a.* 6. *ſed noſtra duplo major.*

tripunctaria. 152. P. *Geometra* pectinicornis, alis fuſceſcentibus: anterioribus faſcia interrupta baſeosque ſtria; poſterioribus diſco albis.
Pet. gaz. t. 28. *f.* 8. *Edw. av.* 35. *t.* 35.
Habitat in Aſia.
Alarum faſcia e maculis 6 *ſ.* 7 *coadunatis. Abdomen trifariam nigro-punctatum, Ano flavo.*

tricinctaria. 153. P. *Geometra* pectinicornis, alis flaveſcentibus concoloribus: arcubus tribus fuſcis. *M. L. U.*
Habitat in America.
Alarum arcus: 1. *a margine anteriore ductus ad anum*; 2. *a margine antico ad marginem poſticum*; 3. *apicem alæ anterioris includit.*

Jatropharia. 154. P. *Geometra* pectinicornis, alis nigris concoloribus: anterioribus maculis duabus; poſterioribus unica flavis. *M. L. U.*
Mer. ſurin. 38. *t.* 38. *f.* 1.
Habitat in Jatropha goſſypifolia *Americes.*
Alæ anteriores macula ovata transverſa & minore, quæ in altero ſexu deeſt, ad baſin.

* * * GEOMETRÆ *ſeticornes alis angulatis.*

viridata. 155. P. *Geometra* ſeticornis, alis angulatis omnibus viridibus: ſtriga pallida.
Fn. ſvec. 857.
Habitat in Quercu.
Similis Rœſ. 1. *phal.* 3. *t.* 13, *ſed linea unica & margo concolor.*

putata. 156. P. *Geometra* ſeticornis, alis angulatis: omnibus albidis: ſtrigis duabus candidis repandis.
Habitat in Europa.

notata. 157. P. *Geometra* ſeticornis, alis angulatis pallidis: faſciis tribus ſubfuſcis: anticarum poſtica nigricanti-commaculata.
Fn. ſvec. 357.
Habitat in Europa.

Mar-

Margo posticus omnium alarum striga fusca terminatur, quæ evidentior ubi ala anterior emarginata; in alarum anticarum medio s. in fascia tertia sunt quatuor puncta æqualiter disposita inter se, quæ stercora muscarum referunt.

amata. 158. P. *Geometra* seticornis, alis subangulatis: omnibus luteis: striga ferruginea repanda punctisque pulverulentis. †
Wilk. pap. 37. *t.* 1. *a.* 5.
Reaum. ins. 2. *t.* 29. *f.* 1-4?
Habitat in Quercu *australiore.*
Larva *geometra viridis cingulis flavis, inferne rubris.*

repandata. 159. P. *Geometra* seticornis, alis cinereis: omnibus fuscoundatis; posticis margine repando atro.
Habitat in Europa.

dubitata. 160. P. *Geometra* seticornis, alis anticis griseo-glaucescentibus fascia purpurascente; posticis dentatis.
Habitat in Europa.
Statura Geometræ, magnitudo Noctuæ, facies Tineæ.

emarginata. 161. P. *Geometra* seticornis, alis omnibus pallidis emarginato-angulatis: strigis duabus griseis.
Habitat in Europa.
Alæ flavescenti-pallidæ lineis 2 griseis remotissimis; punctum fuscum in disco; omnes alæ postice fere emarginatæ sunt.

* * * * GEOMETRÆ *seticornes alis rotundatis.*

atrata. 162. P. *Geometra* seticornis atra, alis erectis: anticis apice albis.
Fn. suec. 864.
Pet. gaz. t. 69. *f.* 8.
Habitat in Europæ *pascuis.*

clathrata. 163. P. *Geometra* seticornis, alis omnibus flavescenti-albis: lineis nigris decussatis.
Habitat in Europa.

undulata. 164. P. *Geometra* seticornis, alis omnibus supra strigis confertissimis transversis undulatis fuscis.
Uddm. diss. 71.
Habitat in Salice caprea.

165. P.

flaveola- 165. P. *Geometra* ſeticornis, alis nigris concoloribus: diſco communi flavo crenato. *M. L. U.*
ta.
Habitat in Indiis.
Corpus flavum.

æſtuata. 166. P. *Geometra* ſeticornis, alis fuſcis concoloribus: maculis albis oblongis coadunatis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Alæ anteriores baſi maculis 2, *diſco* 6 *coadunatis*; *poſteriores maculis* 7 *linearibus coadunatis.*

Groſſula- 167. P. *Geometra* ſeticornis, alis albidis maculis rotundatis nigris: anticis ſtrigis luteis. *Fn. ſuec.* 849.
riata.
Mouff. inſ. 96. *n.* 10.
Jonſt. inſ. 84. *n.* 10. *t.* 6.
Gœd. inſ. 1. *t.* 36.
Liſt. gœd. f. 9.
Blank. inſ. t. 7. *f. E. H.*
Raj. inſ. 178. *n.* 12.
Merian. eur. 1. *t.* 29.
Alb. inſ. t. 43. *f.* 71.
Friſch. inſ. 3. *t.* 2.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 3. *t.* 2.
Wilk. pap. 42. *t.* 2. *a.* 1.
Habitat in Ribe, Groſſularia, Amygdalo.
Abdomen luteum nigro-maculatum.
Larva *geometra ſubpiloſa, ſupra fuſca, ſubtus flava.*

luteolata. 168. P. *Geometra* ſeticornis, alis flaviſſimis: anterioribus maculis coſtalibus tribus ferrugineis: media ſubargentea.
Wilk. pap. 39. *t.* 1. *b.* 4.
Uddm. diſſ. 70.
Habitat in Oxyacantha.
Larva *geometra nuda, fuſca: ſpina dorſali recta.*

Populata. 169. P. *Geometra* ſeticornis, alis flavo-pallidis: anticis ſubfaſciatis: apice ſubtus fuſco contaminatis.
Habitat in Populo.
Alæ primores ſupra obſolete griſeo faſciatæ; poſtice ſubtus flaveſcentes arcu fuſco ex punctis cum puncto nigro centrali.

bilineata. 170. P. *Geometra* ſeticornis, alis omnibus luteis teſtaceo undatis: faſcia repanda margine fuſco alboque.
Habitat in Svecia.

Chenopodiata. 171. P. *Geometra* ſeticornis, alis anticis teſtaceis; faſciis tribus griſeis puncto prominulo apicisque lineola ſupra fuſca.

Fn.

Fn. ſvec. 856. *Alb. inſ. t.* 47. *f.* 79.
Habitat in Chenopodio.

comitata. 172. P. *Geometra* ſeticornis, alis anticis flaveſcentibus: faſciis tribus griſeis puncto apicisque lineola utrinque fuſca.
Habitat in Europa.

dotata. 173. P. *Geometra* ſeticornis, alis flaveſcentibus: anticis ſubfaſciatis: apicis litura ſubtus fuſca.
Habitat in Europa.

plagiata. 174. P. *Geometra* ſeticornis, alis anticis canis: faſciis tribus trilineatis nigricantibus repandis.
Habitat in Europa.

miata. 175. P. *Geometra* ſeticornis, alis vireſcenti undulatis: faſciis duabus latioribus albis.
Fn. ſvec. 863.
Habitat in Europa.

Prunata. 176. P. *Geometra* ſeticornis, alis griſeis: anticis faſciis duabus pallidis repandis: poſtica ſemiterminali.
Faun. ſvec. 866.
Friſch. inſ. 5. *t.* 14.
Habitat in Pruno.

averſata. 177. P. *Geometra* ſeticornis, alis pallidis: ſtriga baſeos faſciaque media punctoque fuſcis.
Uddm. diſſ. 72.
Habitat in Finlandia.
Punctum in pagina inferiori magis ſaturatum.

triſtata. 178. P. *Geometra* ſeticornis, alis omnibus nigris albo ſubundatis: faſciis duabus albis undatis nigro-punctatis.
Fn. ſvec. 862.
Habitat in Sylvis *Europæ.*

Alchemillata. 179. P. *Geometra* ſeticornis, alis caneſcentibus: anticis undatis: faſcia nivea cinereo undata, lineolaque intra apicem.
De Geer inſ. 1. *t.* 22. *f.* 16.
Habitat in Alchemilla.
Faſcia & lineola repanda intra apicem alba ſunt, ſtriga cinerea repandaque priori; dimidio minor.

180. P.

haſtata. 180. P. *Geometra* ſeticornis, alis omnibus nigris albo maculatis: faſciis duabus albis immaculatis haſtato dentatis.
Habitat in Svecia.
Majuſcula inter proximas; alis concoloribus absque puncto nigro ſubtus.

albicillata. 181. P. *Geometra* ſeticornis, alis omnibus nigricantibus: faſcia unica latiſſima immaculata.
Habitat in Svecia.

margina-ta. 182. P. *Geometra* ſeticornis, alis omnibus albis: margine exteriore limbo fuſco interrupto.
Fn. ſvec. 860.
Habitat in Corylo.
Quibusdam maculæ 2 ſ. 3 in ſingulæ alæ diſco.

ocellata. 183. P. *Geometra* ſeticornis, alis albidis: anticis faſciis duabus fuſceſcentibus maculaque apicis ocellari didyma.
Fn. ſvec. 862.
Habitat in Europa.

Janata. 184. P. *Geometra* ſeticornis, alis anterioribus ſubtus cinereis; poſterioribus ſupra faſcia punctisque tribus albis. *M. L. U.*
Habitat in Indiis.
Alæ Anteriores *ſupra cinereæ lineis 2 transverſis ſaturatioribus; ſubtus faſcia alba.* Poſteriores *ſupra faſcia alba; ſubtus lineis 2 ſaturatioribus & macula ad angulum ani. Si Ph. ſubtus inſpiciatur, ut cauda ſit capitis loco, refert eandem ſupra & antice viſam; hinc hyſteron-proteron vel Janus bifrons audit.*

fluctuata. 185. P. *Geometra* ſeticornis, alis cineraſcentibus: anticis faſciis abbreviatis tribus fuſcis.
Fn. ſvec. 859. *Mer. eur. t.* 120.
Gœd. inſ. 1. *t. K.* *Friſch. inſ.* 7. *t.* 19.
Liſt. gœd. f. 13.
Habitat in arboribus *variis*, Tropæolo.

Junipera-ta. 186. P. *Geometra* ſeticornis, alis cineraſcentibus: anterioribus faſciis duabus griſeis lineolaque apicis fuſca.
Habitat in Juniperis. *D. C. Solander.*

Faſcia

Fascia alarum posterior versus marginem interiorem fere interrupta; anterior ad basin, minor; ad apicem alæ supra lineola nigricans longitudinalis.

incanata. 187. P. *Geometra* feticornis, alis omnibus canis postice striga alba repanda disco puncto margineque nigro-punctatis.
Habitat in Europa.

immutata. 188. P. *Geometra* feticornis, alis albidis concoloribus: striga cinerea puncto margineque nigro punctatis.
Habitat in Europa.
Alæ pone strigam obsolete nebulosæ.

immorata. 189. P. *Geometra* feticornis, alis omnibus lutescentibus: fasciis obsoletis albidis marginisque striga nigricante.
Habitat in Europa.
Alæ concolores, absque puncto, undique atomis fuscis adspersæ.

remutata. 190. P. *Geometra* feticornis, alis flavescentibus: strigis tribus fuscis, puncto margineque postico nigro-punctato.
Habitat in Europa.

succenturiata. 191. P. *Geometra* feticornis, alis omnibus canescenti-albidis puncto nigro: limbo obscuriore.
Habitat in Europa. *De Geer.*
Thorax albus ad latera tectus duabus valvulis, alarum rudimentis, basi alarum anteriorum incumbentibus. Abdomen griseum, sed primum & ultimum segmentum album: stigmata omnia nigra. Alæ oblongæ.

strigilata. 192. P. *Geometra* feticornis, alis cinereis: postice striga transversa recta pallida.
Habitat in Europa.

didymata. 193. P. *Geometra* feticornis, alis albidis obsolete cinereo-bifasciatis: posteriori macula fusca biloba.
Habitat in Europa. *D. C. Solander.*

rectangulata. 194. P. *Geometra* feticornis, alis viridibus fusco-subfasciatis.
Habitat in Europa. *Claud. Alströmer.*
Alæ subtus fascia rectangula e punctis nigricantibus.

Hortulata. 195. P. *Geometra* ſeticornis, alis albis: fuſco-faſciato maculatis, thorace anoque flavis. *Fn. ſuec.* 840.
Gœd. inſ. 2. *t.* 13. *Alb. inſ. t.* 37. *f.* 60.
Liſt. gœd. t. 61. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 49 *f.* 17, 18.
Pet. gaz. t. 32. *f.* 8. *De Geer inſ.* 1. *t.* 28. *f.* 18, 19.
Raj. inſ. 222. *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 14.
Habitat in Urtica, *hortis pomonæ.*
Larva 16-*poda*, *nuda*, *albida*, *dorſo fuſco.*

Nymphæata. 196. P. *Geometra* ſeticornis, alis cinereis: omnibus conformiter albo maculatis reticulatis.
Fn. ſuec. 851. *Raj. inſ.* 227. *n.* 87.
Habitat in Nymphæa, Lemna.

Potamogata. 197. P. *Geometra* ſeticornis, alis cinereis albo maculatis: anterioribus obſoletius reticulatis.
Fn. ſuec. 853. *Reaum. inſ.* 2. *t.* 32. *f.* 11.
Lœſ. pruſſ. 178.
Habitat in Potamogetone natante, *ſubiens metamorphoſin intra folii ſegmentum folio adſcitum.*

Stratiotata. 198. P. *Geometra* ſeticornis, alis pallidis ſubfaſciatis: anterioribus punctis tribus nigris.
Fn. ſuec. 854.
De Geer inſ. 1. *t.* 37. *f.* 16-18.
Habitat in Stratiote Aloide *ſub aquis.*

Lemnata. 199. P. *Geometra* ſeticornis, alis albis: poſticis faſcia terminali nigra: punctis quatuor albis.
Fn. ſuec. 852. *Raj. inſ.* 205. *n.* 102.
Habitat in Lemna, *ex qua collecta nidum ſtruit.*

cingulata. 200. P. *Geometra* ſeticornis, alis omnibus atris: ſtriga nivea.
Fn. ſuec. 906.
Habitat in Europa.
Statura & magnitudo Tineæ. Antennæ corpore breviores.

brumata. 201. P. *Geometra* ſeticornis, alis griſeo-fuſcis ſtriga nigra poſtice pallidioribus; femina aptera.
Fn. ſuec. 921. *Reaum. inſ.* 2. *t.* 30. *f.* 8, 9.
Raj. inſ. 369. *n.* 9. *ſ.* 181. *n.* 4. *De Geer inſ.* 1. *t.* 24. *f.* 11, 19.
Habitat in Pomonæ *arboribus, quas miſere devaſtat, octobri ova ponens. Amœn. acad.* 3. *p.* 349.

* 4 * TORTRICES.

prasinana. 202. P. *Tortrix* alis superioribus viridibus: strigis duabus obliquis flavis, margine postico antennis pedibusque fulvis.
Pet. gaz. t. 7. *f.* 11. *De Geer inf.* 1. *t.* 3. *f.* 1.
Alb. inf. t. 31. *Wilk. pap.* 6. *t.* 1. *a.* 13.
Reaum. inf. 1. *t.* 39. *f.* 13, 14.
Habitat in Alno, Quercu.
Larva *nuda, luteo-virens punctis albis, ano fulvo.*

viridana. 203. P. *Tortrix* alis rhombeis, superioribus viridibus immaculatis.
Fn. svec. 895. *Ræs. inf.* 1. *phal.* 4. *t.* 3.
Frisch. inf. 3. *t.* 8. *Wilk. pap.* 4. *t.* 1. *a.* 5.
Reaum. inf. 2. *t.* 18. *f.* 6, 7.
Habitat in Quercu, Salice hirsuta.
Larva *nuda, viridis punctis nigris, capite caudaque luteis.*

literana. 204. P. *Tortrix* alis rhombeis: superioribus viridibus characteribus atris.
Habitat in Germania.
Simillima præcedenti, sed alis saturatius viridibus: characteribus plurimis atris.

hamana. 205. P. *Tortrix* alis superioribus flavis puncto lituraque postica hamata ferrugineis.
Habitat in Europa.

fuscana 206. P. *Tortrix* alis omnibus fuscis.
Habitat in Europa.

oporana. 207. P. *Tortrix* alis superioribus ferrugineis griseo maculatis reticulatisque.
Wilk. pap. 17. *t.* 2. *a.* 4.
Habitat in Malo.

Rosana. 208. P. *Tortrix* alis superioribus testaceo-reticulatis: fascia grisea obliqua.
Fn. svec. 896.
Merian. europ. 1. *p.* 7. *t.* 19.
Habitat in Rosa, Berberide.

209. P.

Tortricum *Larvæ contorquent & filo connectunt folia, quæ vorant & intra quæ se recipiunt.*

Xyloſte-ana. 209 P. *Tortrix* alis ſuperioribus teſtaceis: cruce communi ferruginea.
Habitat in Xyloſteo.

Avellana. 210. P. *Tortrix* alis ſuperioribus teſtaceis: faſciis ferrugineis ſeſquitertiis.
Fn. ſuec. 882.
Alb. inſ. 1. *t.* 95. *f. g. h?*
Habitat in Corylo, Pyro.

Ameriana. 211. P. *Tortrix* alis ſuperioribus teſtaceis: litura communi ferruginea.
Reaum. inſ. 2. *t.* 18. *f.* 6, 7.
Habitat in Salice.

Piceana. 212. P. *Tortrix* alis ſuperioribus griſeo nigroque variis dorſo ferrugineis.
Habitat in Pini *foliis, quæ combinat.*
Larva *nuda, viridis*, 16-*poda. Rolander.*

miniſtrana. 213. P. *Tortrix* alis ſuperioribus teſtaceis; margine poſtico rufo, medio litura ferruginea: lineola alba.
Habitat in Europa.

Lecheana. 214. P. *Tortrix* alis ſuperioribus luteis: characteribus J L, thoraceque argenteis.
Habitat in Pado.

Branderiana. 215. P. *Tortrix* alis ſuperioribus teſtaceo-fuſcis immaculatis.
Habitat in Europa.
Antecedentibus paulo major, alis obſcure cinereis.

Forſkäleana. 216. P. *Tortrix* alis ſuperioribus flavis luteo reticulatis: medio litura fuſceſcente.
Habitat in Europa.
Præcedentibus omnibus minor eſt.

Lœflingiana. 217. P. *Tortrix* alis ſuperioribus flavis luteo reticulatis: ſtrigis tribus ferrugineo-argenteis.
Habitat in Europa.
Facies & magnitudo antecedentis.

Bergmaniana. 218. P. *Tortrix* alis ſuperioribus luteis flavo punctatis: faſciis quatuor argenteis: tertia biſida.

Habitat in Europa.
Parva & præcedenti ſimillima.

Holmia- 219. P. *Tortrix* alis ſuperioribus luteo ferrugineis; macu-
na. la marginali trigona argentea.
Fn. ſvec. 883.
Habitat in Pomonæ arboribus.
Præcedentibus duabus paulo minor.

Rolan- 220. P. *Tortrix* alis ſuperioribus pallide teſtaceis, ſtrigis
driana. ferrugineis inferne antrorſum verſis.
Habitat in Europa.

Solan- 221. P. *Tortrix* alis ſuperioribus pallidis: macula com-
driana. muni dorſali ferruginea.
De Geer inſ. 1. *t.* 28. *f.* 29, 30.
Habitat in Betula.

Haſtiana. 222. P. *Tortrix* alis ſuperioribus fuſcis; faſcia antrorſum
obliqua alba.
Habitat in Salice. *Reinh. Haſt.*
Faſcia non tangit marginem interiorem alæ & a ſummo deſcendit antrorſum.
Haſt (Reinh.) fenno, natus ad Inſectorum Hiſtoriam, at in flore ætatis periit egregius diſcipulus.

Wahlbo- 223. P. *Tortrix* alis ſuperioribus cinereis: faſciis duabus
miana. fuſco-nebuloſis litura poſtica obſoleta, palpis obtuſis.
Habitat in Europa.
Alæ cinereæ. Faſcia anterior cinereo-fuſca, poſtice ſubtriloba; Faſcia media latior cinereo-fuſca; litura obliqua obſoleta ante apicem; margo exterior alarum extrorſum marginatus ut in præcedentibus; ceterum in variis ſimilis P. tertianellæ.

Lediana. 224. P. *Tortrix* alis fuſcis: faſciis duabus rubro-argenteis: poſteriore puncto intruſo.
Habitat in Ledo. *T. Bergman.*

Heracli- 225. P. *Tortrix* elinguis recurvicornis, alis griſeis puncto
ana. fuſco, thorace flavo. *Fn. ſvec.* 916.
Reaum. inſ. 2. *t.* 16. *f.* 1-4. *De Geer inſ.* 1. *t.* 29. *f.* 6, 7.
Habitat in umbellis *plantarum umbelliferarum, imprimis* Heraclii, *contortis deſtructisque floribus caules ex alis foliorum penetrans.*

* 5 * PYRALES.

Farinalis. 226. P. *Pyralis* recurvicornis, alis politis fuſceſcentibus: ſtrigis repandis albidis area interjecta glauca.
Habitat in Farina.

glaucinalis. 227. P. *Pyralis* recurvicornis, alis glabris glaucis: ſtrigis duabus flavis arcuatis remotiſſimis.
Habitat in Europa.

proboſcidalis. 228. P. *Pyralis* palpis porrectis approximatis thorace longioribus, alis cinereo-griſeis: ſtrigis ferrugineis.
Habitat in Europa.

roſtralis. 229. P. *Pyralis* palpis porrectis thorace longioribus, alis ſubgriſeis: punctis duobus muricatis ſtriga interjecta nigra.
Raj. inſ. 214. *n.* 9. *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 6.
Reaum. inſ. 1. *t.* 18. *f.* 16?
Habitat in Carpino, Humulo.
Alæ poſterius pallidiores; in area anteriore linea nigra utraque extremitate terminata puncto eminente. Palpi approximati.

forficalis. 230. P. *Pyralis* alis glabris pallidis: lineis ferrugineis retrorſum obliquatis litura anterioris.
Fn. ſvec. 880. *Reaum. inſ.* 1. *t.* 16. *f.* 13, 14.
Habitat in Braſſica.
Alæ poſtice ad angulum obtuſum diſcedentes, ut in ſequenti.

verticalis. 231. P. *Pyralis* alis glabris pallidis ſubfaſciatis: ſubtus fuſco undatis.
Fn. ſvec. 855.
Mer. eur. t. 88. *f. infim?* *Rœſ. inſ.* 1. *phal.* 4. *t.* 4.
Reaum. inſ. 2. *t.* 19. *f.* 1-5. *Wilk. pap.* 24. *t.* 3. *a.* 16.
Habitat in Urtica *Tortrix.*

pinguinalis. 232. P. *Pyralis* elinguis recurvicornis, alis cineratis: coſta nigro ſubfaſciata.
Fn. ſvec. 915.
Roland. Act. Stockh. 1755. *p.* 51. *t.* 2.
Habitat in Pinguibus, Butyro *aliisque frequens, intra domos & culinas, rarius in* ventriculo *humano, inter vermes peſſima.*

purpura- 233. P. *Pyralis* alis fuſco-purpuraſcentibus : omnibus lu-
lis. teo maculatis.
Habitat in Europa.

* 6 * TINEÆ.

ſociella. 234. P. *Tinea* alis oblongis cinereis : antice albidis : poſtice ſtriga pallida.
Fn. ſuec. 905.
Habitat in Europa.

colonel- 235. P. *Tinea* alis oblongis cinereis : punctis duobus atris
la. ante ſtrigam curvam ferratam obſoletam.
Fn. ſuec. 912.
Habitat in Europa.
Palpi duo, prominentes, diſtantes, ut in antecedenti.

puſiella. 136. P. *Tinea* alis ſuperioribus albis : punctis lineaque communi longitudinali dentata atra; inferioribus nigris.
Habitat in Germania. *P. Forsſkål.*
Statura P. T. Evonymellæ. Alæ fuſcæ: ſed ſuperiores ſupra niveæ, faſcia longitudinali atra obtuſe dentata, præter puncta varia.

bella. 237. P. *Tinea* alis flavis : ſuperioribus faſciis ſex punctorum nigrorum.
Pet. gaz. 6. *t.* 3. *f.* 2. *Raj. inſ.* 211. *n.* 1.
Catesb. car. 2. *p.* 96. *t.* 96.
Habitat in America *ſeptentrionali.*
Alæ faſciis ex punctis nigris in totidem ſeries transverſas digeſtis.
Variat punctis alarum ſuperiorum ſimpliciſſimis & ocellatis.

pulchel- 238. P. *Tinea* alis albis : ſuperioribus nigro ſanguineo-
la. que punctatis; inferioribus apice nigris.
Pet. gaz. t. 3. *f.* 3.
Habitat in Europa *auſtrali*; *in* Mauritania. *Brander.*
Similis Tineæ Evonymellæ ſed duplo major, pulcherrima. Alæ ſuperiores Punctis rubris & nigris ſparſis mixtis; margo ſuperiorum poſticus nigro punctatus.

Evony- 239. P. *Tinea* alis ſuperioribus albis : punctis 50 nigris;
mella. inferioribus fuſcis.
Fn. ſuec. 891. *Friſch. inſ.* 5. *t.* 16.

Mer.

Mer. inſ. 2. *t.* 2.
Alb. inſ. t. 60. *f. A-C.*
Raj. inſ. 196.
Reaum. inſ. 2. *t.* 12. *f.* 12, 13.
Ræſ. inſ. 1. *phal.* 4. *t.* 8.
Wilk. pap. 4. *t.* 1. *a.* 6.
Habitat in Evonymo! *Pado, Sorbo &c.*
Larvæ *vivunt in ſocietate ſub tentoriis.*

Padella. 240. P. *Tinea* alis ſuperioribus lividis: punctis 20 nigris; inferioribus fuſcis.
Friſch. inſ. 5. *t.* 16.
Reaum. inſ. 2. *t.* 12. *f.* 5-9.
Ræſ. inſ. 1. *phal.* 4. *t.* 7.
Wilk. pap. 4. *t.* 1. *a.* 6.
Habitat in Arboribus pomonæ.
Simillima P. Evonymellæ, ſed ſupra minus alba fereque plumbea punctis nigris paucioribus. Palpi magis prominentes ut fere bicornis.
Larvæ *vivunt in ſocietate ſub tentoriis, uti præcedentis.*

irrorella. 241. P. *Tinea* alis luteis: ſuperioribus punctis nigris trifariis.
Fn. ſvec. 920.
Habitat in Europa.

lutarella. 242. P. *Tinea* alis corporeque luteis immaculatis.
Habitat in Europa.
Magnitudo & ſtatura P. T. Padellæ aut Phryganeæ, ſed magis anguſta.

meſo-mella. 243. P. *Tinea* alis ſupra albis, ſubtus luteis, interne nigris.
Habitat in Gramine.

paſcuella. 244. P. *Tinea* alis ſuperioribus pallidis linea maculaque rhombea albiſſimis.
Habitat in Paſcuis.

pratella. 245. P. *Tinea* alis ſuperioribus albidis: linea albiſſima poſtice ramoſa: apice ſtriis obliquis.
Fn. ſvec. 908.
Habitat in Paſcuis.

culmella. 246. P. *Tinea* alis ſuperioribus albidis: ſtriis longitudinalibus albiſſimis terminatis ordine punctorum nigricantium transverſo.
Fn. ſvec. 907.
Reaum. inſ. 1. *t.* 17. *f.* 13, 14.
Raj. inſ. 229. *n.* 106.
Habitat in Paſcuis.

nemorella. 247. P. *Tinea* alis albidis incurvatis: ſuperioribus puncto nigro.
Habitat in Xyloſteo. *Clerk.*
Similis tribus præcedentibus; punctum ad marginem alæ interiorem.

fœnella. 248. P. *Tinea* alis ſuperioribus fuſcis: maculis albiſſimis: anteriore falcata, poſteriore reniformi.
Habitat in Europa.

unguicella. 249. P. *Tinea* alis cinereis ſubfaſciatis apice recurvato-acuminatis, margine exteriore poſtico transverſe albo-ſtriatis.
Fn. ſuec. 890.
Habitat in Europa.

Salicella. 250. P. *Tinea* alis cæruleſcenti-cinereis, latere dorſali albidis punctatis.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 4. *t.* 9. *Wilk. pap.* 5. *t.* 1. *a.* 10.
Habitat in Salice, *Tortrix.*
Parva *fuſca*, *punctis albis*, 16-*poda.*

Cynosbatella. 251. P. *Tinea* alis griſeis apice albidis: puncto nigro.
Reaum. inſ. 3. *t.* 2. *f.* 6?
De Geer inſ. 1. *t.* 34. *f.* 4, 5.
Habitat in Roſæ *gemmis.*

veſtianella. 252. P. *Tinea* alis cinereis; apicibus adſcendentibus plumoſis, palpis recurvis.
Habitat in Veſtimentis, *quæ deſtruit.*

tapetzella. 253. P. *Tinea* alis nigris poſtice albidis, capite niveo.
Fn. ſuec. 892.
Reaum. inſ. 3. *t.* 20. *f.* 2-4.
Habitat in Tapetibus, Pellibus, *intra cylindros meatus rodens.*

pellionella. 254. P. *Tinea* alis canis medio puncto nigro, capite ſubgriſeo. *Fn. ſuec.* 894.
Reaum. inſ. 3. *t.* 6. *f.* 12-16.
Habitat in Veſtimentis *piloſis*, *quas miſere devaſtat*, *intra cucullum latitans.*

ſarcitrella. 255. P. *Tinea* alis cinereis, thorace utrinque puncto albo.
Fn. ſuec. 893.

Reaum.

Reaum. inſ. 3. *t.* 6. *f.* 9, 10.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 4 *t.* 17.
Habitat in Veſtimentis, *quæ deſtruit, intra folliculum occultata.*

minutella. 256. P. *Tinea* alis nigricantibus: macula transverſa ferruginea.
It. Scanic. 216.
Habitat in Domibus.

Mellonella. 257. P. *Tinea* alis canis poſtice purpuraſcentibus ſtriga alba, ſcutello nigro apice candido.
Svamm. bibl. 1. *t.* 26. *f.* 2.
Rœſ. inſ. app. 242. *t.* 41.
Reaum. inſ. 3. *t.* 19. *f.* 7-9?
Habitat in Apum alvearibus, *angiportus favos penetrantes ſtruens.*
Aliam *etiam Speciem ejusdem muneris habet illuſtris Eques Reaum. inſ.* 3. *t.* 19.

cucullatella. 258. P. *Tinea* alis albido-cinereis: antice ſtriga nigra recurvata.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 4. *t.* 11.
Habitat in Sorbo *intra folliculum conicum confectum.*

granella. 259. P. *Tinea* alis albo nigroque reticulatis, capite albo.
Leuw. epiſt. 1692. *mart.* 7.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 4. *t.* 12.
Reaum. inſ. 3. *t.* 20. *f.* 14, 16.
Baker. microſc. t. 13. *f.* 13.
De Geer Act. Stockh. 1746. *p.* 48.
Habitat in Frumentorum granariis *ſemina rodens conglomerans, hyeme parietes adſcendens.*

Lappella. 260. P. *Tinea* alis pallidis puncto nigro, apice adſcendentibus.
Act. Stockh. 1752. *p.* 66.
Habitat in Arctii *capitulis intra Semina.*
Larva *ſexpeda uti Proletellæ.*

proletella. 261. P. *Tinea* alis albidis punctis duobus fuſcis, lingua inflexa. †
Valliſn. nat. 1. *p.* 372. *t.* 379.
Reaum. inſ. 2. *t.* 25.
Habitat in Braſſica, Chelidonio; *an etiam in* Quercu?

Parit quotannis ad 200000 *ſoboles; dum* 12 *progenies ponant* 12 *ova ſingulæ.*

Arbutella. 262. P. *Tinea* alis ſanguineis: faſciis argenteis tenuiſſimis.
Habitat in Uva urſi.

teſſella. 263. P. *Tinea* alis nigris: faſciis duabus albis remotiſſimis teſſellatis. *Fn. ſvec.* 897.
Habitat in Europa.

vittella. 264. P. *Tinea* alis cinereis: vitta dorſali communi nigra, margine poſtico atro-punctato.
Habitat in Europa.
Linea obſoletior nigra, in medio alba & brevis in ejus apice.

Xyloſtella. 265. P. *Tinea* alis cinereis: vitta dorſali communi alba dentata.
Fn. ſvec. 909.
Habitat in Lonicera.
Similima Rœſ. inſ. 1. *phal.* 4. *t.* 10. *in Braſſica, Latuca, ſed minor.*

trigonella. 266. P. *Tinea* alis fuſceſcentibus: macula communi dorſali duplici alba trigona.
Fn. ſvec. 911.
Habitat in Sylvis.

rhomboidella. 267. P. *Tinea* alis fuſcis: macula rhombea nigra. *Fn. ſvec.* 910.
Habitat in Europæ *ſylvis.*

tertianella. 268. P. *Tinea* alis cinereis: faſciis obſcurioribus ſeſquitertiis.
Habitat in Europa.

mercurella. 269. P. *Tinea* alis albido cinereis ſubfaſciatis medio puncto albo & cincto.
Habitat in Europa.

Pomonella. 270. P. *Tinea* alis nebuloſis poſtice macula rubra aurea.
Friſch. inſ. 7. *t.* 10.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 4. *t.* 13.
Reaum. inſ. 2. *t.* 40. *f.* 9, 10.
Wilk. pap. 5. *t.* 1. *a.* 9.
Habitat intra Poma *Pyri.*

271. P.

Strobi-lella. 271. P. *Tinea* alis fuſcis argenteo-undatis; inferioribus fuſcis margine albo.
Habitat in ſtrobilis Abietis.

Pinella. 272. P. *Tinea* alis flavis: maculis duabus argenteis: anteriore oblonga, poſteriore ovata.
Habitat in Pinetis.

Turio-nella. 273. P. *Tinea* alis griſeo albis nitidulis, thorace luteo.
Habitat intra Pini *turiones.*

dodecel-la. 274. P. *Tinea* alis griſeis pallido faſciatis: punctis trium parium fuſcis.
De Geer inſ. 1. *t.* 22. *f.* 22, 23.
Habitat intra Pini *turiones.*

Reſinel-la. 275. P. *Tinea* alis fuſcis: faſciis cinereo-argenteis.
Friſch. inſ. 10. *t.* 10.
De Geer inſ. 1. *t.* 33. *f.* 12, 13.
Rœſ. inſ. 1. *phal.* 4. *t.* 16.
